### Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

### Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

### Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google




HUGO GROTIUS.

Digitized by Google

KW, 1123
C 15

*Viri Illuſtris*

# HUGONIS GROTII
# JURISPRUDENTIA UNIVERSALIS DIVINA

à

*Viro Summo*

JOHANNE SCHEFFERO

*in uſum*

Illuſtriſſimi Comitis de la Gardie
enucleata.

Accedunt

*Prolegomena* Grotiana,

*Notæ*, quibus Grotius ex locis parallelis explicatur, vel paucis verbis modeſtè corrigitur,

&

*Hiſtoria* Juris Naturalis
ſuccincta,

*cum*

Indice Autorum & Rerum pleniori

*Curâ*

FRIDERICI AUGUSTI HACKMANNI,
in Academia Julia Profeſſoris.

SUMPTIBUS HAMMIANIS.
MDCCXII.

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Gravenhage.

Digitized by Google

In

# *Autoris effigiem.*

OStendit vultus majeſtas ampla ſtupendas
Ingenii dotes, judiciique notas.
Frons ſpatioſa modo chartam complectitur unam,
Aſt animus ſpatium, quà patet orbis, habet.

Digitized by Google

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

# DOMINO
# ANTHONIO
# ULRICO,
# DUCI

## BRVNSVICENSIVM
ET
## LVNEBVRGENSIVM,

PRINCIPVM EUROPÆORVM
NESTORI PRVDENTISSIMO,

*Felicem, diuturnam & vigentem*
*Senectutem!*

Digitized by Google

*Sereniſſime Princeps,*

Domine Clementiſſime,

DIvinam Tuam mentem, quam orbis uterque, occidens & oriens, in Auguſtiſſimis Tuis Neptibus, *Eliſabetha & Charlotta*, veneratur, in exemplar propono conſummatum, quando in ſubmiſſa Tibi Julia generoſæ & nobili juventuti vicibus toties repetitis, in annum, qui excurrit, mei Profeſſorii muneris nonum, Juriſprudentiam Grotii divinam elucido. Sanctæ, graves, incorruptæ Tuæ actiones ita ſunt comparatæ, ut quivis prudentior fateatur, eas ad nutum ſolius Supremi Numinis, quod diſpenſandis gentium fatis Principes vicaria induit poteſtate, eſſe ordinatas. Sic profectam à Deo diſciplinam nulli terrarum Principi jure poteram majori inſcribere, quàm Tuæ Serenitati, quæ æquitatis ſtudio majeſtatem divinam æmulatur proximè. Fama Tuæ virtutis non finibus terrarum florentium, quibus poſt beatiſſima fata Sereniſſimi Fratris,



Digitized by Google

cujus vitam, tanquam virtutum omnium principalium ſpeculum, mihi indigno quondam ipſius per triennium domeſtico, exactius licuit intueri, imperas ſolus, circumſcribitur; ſed quà patet utrumque imperium, latè pervagatur. Etenim inter Principes Europæ omnes non minus juvenili ſenecta, quàm ſenili virtute emines. Niſi captum fere humanum excedens prudentia Tuam proderet canitiem, Senem Te putaret nemo. Hinc prædicare noſtram non poſſumus felicitatem ſatis, qui Principem colimus talem, cui in virili ætate ſenilis minimè defuit maturitas, in annorum granditate animi robur corporisque ſuppetit viridiſſimum. Ecquid aliud ex eo, quàm ſingularem æterni Numinis, cujus ad exemplum Te componis unicè, benevolentiam in Te, ac deſtinata adhuc ſuæ bonitatis futura documenta colligimus? Ominari licet, Te non tam ſapientiſſimi parentis Auguſti, quàm Azonis, qui inter potentes Majores Tuos ſeculo fu-



Digitized by Google

it major, ætatem ſuperaturum, & ſummum Domus Tuæ faſtigium, pluribus cumulatum à Deo datis pignoribus, oculis uſurpaturum. Audiet, audiet magnitudinis Tuæ Autor, Deus vota ſubditorum, ſuſpiria populorum, ut ſpei publicæ præſidia, exoptatos pronepotes videas naſci, & per Tuæ perfectæ, quanta in hominem cadit, virtutis exempla adoleſcere. Hi deſiderati amores, hi grati affectus, hi ardentes motus quando tanti proavi pertentabunt ſenſus, Ipſius minus ingraveſcentem ætatem reddent vegetiorem & longiorē. Reviresces, Principum optime, & in decimum veſtigia referes annum. Atq; hæc civis Tui humillimi ſumma votorum eſt, ut Imperatoriæ amplitudinis ſplendor perpetua fati publici felicitate, indeminuto ſenectutis vigore, Auguſtarumq; Neptum fertilitate illuſtretur.

*Sereniſſimæ Tuæ Celſitudinis*

*humillimus ſervus*

Friderich Auguſt Hackmann.

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

JUriſprudentiæ duas eſſe partes, alteram Univerſalem, alteram particularem, non facile quis vocabit in dubium, niſi qui negaret, duplicem eſſe Legislatorem, Deum & hominem. Quanto autem perfectior Legislator eſt divinus legislatore humano, tanto majori efferendus eſt laude, qui legibus ſanctis, æternis & perpetuis ſuam prius excolit mentem, quàm illis, quæ ad rationes publici commodi, quod in horas mutatur, accommodantur. Quod ſi ampliſſimum Juris ſtudium palatium quoddam magnificè exſtructum vocare licet, janua hujus palatii Jurisprudentia erit univerſalis, per quam intrare Juris ſtudioſus *ſplen*dida Juris conclavia debet, abſcondita videre, abſtruſa rimari, ignota detegere. Creaturæ lex ad creatoris Legem, tanquam ad lydium lapidem, eſt examinanda, quæ tanto magis probanda, quanto magis cum illa conſpirat: tanto minus probanda, quanto longius ab illa recedit. Quod ſi ex alio fonte, quàm divino, legum humanarum ducuntur rivuli, feces ſecum tra-



Digitized by Google

hunt peſtiferas, quæ Rempublicam inficiunt & Eccleſiam. Nec ulla juris privati pars intelligitur ſatis, niſi jus naturale habeas perſpectum penitus, cum non tantum leges civiles ex jure naturali prono fluant alveo, ſed quæ illis inhærent difficultates, divina æquitate extricentur. Uti Matheſis univerſalis ſtrenuis Mathematum cultoribus in reliquis Matheſeos partibus magnum præſtat uſum: Sic Jurisprudentia univerſalis ſedulis juris cultoribus omnes juris partes reddit faciliores, ut ſcrupulos, qui illis inſident, multiplices facili enodent negotio, Romanum jus civile ab omnibus fere moratioribus gentibus receptum eſt, quia ex præceptis juris naturalis compoſitum; ſic ut quaſi univerſale jus in particulari romano diſperſum ubique admiremur. Optandum, omnes juris ſtudioſos, quos præſens fert ætas, veſtigia juris conſultorum, quorum clariſſima in Digeſtis leguntur nomina, ſequi preſſius, cùm aurea illorum fragmenta oſtendant abundè, illos juris naturalis optimos fuiſſe artifices & peritiſſimos; ſic forſan tot opinionum communium, communiorum, communiſſimarum ſaburrâ memoriæ naviculam non onerarent. Nonne jucundum, nonne præclarum, quandò Inſtitutiones & Digeſta

geſta attentè tractantes obſervamus, quemodo juris civilis materiæ ex naturali jure deducantur concinnè, definiantur aptè, decidantur accuratè? Sequimini igitur, qui rempublicam ex parte vobis tradendam cum laude gubernare deſideratis, illuſtrem *Culpiſium*, juris primum Doctorem & Profeſſorem, dein Sereniſſimo Duci Würtenbergenſi à conſiliis intimis & legatione in pace Riswicenſi, ubi & mihi tam felici eſſe licuit, ut profundam viri tanti eruditionem frequenti deguſtarem converſatione. *Quibus univerſalis jurisprudentiæ uſus*, inquit ille in præfatione collegii ſui Grotiani, *nondum eſt perſpectus, aliis quæſo ne invideant, quando ſe hîc non, quod pueri in fabis, reperiſſe credunt. Sicuti ejusmodi homines ſuo ſenſu abundare facilè permitto; ita nec mihi, ſpero, iraſcentur iſti, ſi hoc dicere audeam; me felicem hunc diem prædicare, quo Grotianum opus primum in manus ſumſi, & quo deinceps in receſſus tam nobilis theſauri propius intrare, præſentesque ejus uſus paſſim comprehendere mihi licuit.* Merito hæc legislatoria diſciplina dicitur *univerſalis*, non tantum cum particularis jurisprudentiæ partibus facem accendat, ſed quia ad homines univerſos, privatos non minus & ſubditos, quàm principes potentiſſimos, à quorum nutu humani

generis fortunæ dependent, extenditur. Legibus quidem humanis ſoluti ſunt imperantes, at divinis minimè; quibus Rex Regum & Dominus Dominantium Monarchis & terrarum Dominis frenum imponit, & poteſtati eorum, quando iſta ſibi ſumit nimium, juſtos ponit limites. Quòd ſi voluntas Dei norma eſt principum, voluntas principum ſit norma quoque ſubditorum. Extimeſcant Dii terreni Deum cœleſtem, Legislatorem ſummum, qui licet hac minus in vita, certè in altera enormem imperandi libidinem pœnâ coercebit graviſſimâ. Mentem quodammodo meam Romanorum eloquentiſſimus, quamvis gentilis, ſtylo non minus chriſtiano, quàm eleganti exprimit: *Unus omnium Imperator, Deus eſt*: inquit libro de republica. *Ille legis naturalis, quæ non alia Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac, ſed omnes homines, tempore omni, ſempiterna & immutabilis, continet, inventor & lator; cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, atque naturam hominis aſpernabitur.* Atque ſic rectè vocatur quoque *divina*, quia Deum habet autorem, Statorem, judicem, vindicem, apud quem nulla eſt acceptio perſonarum. Diſcant eam omnes, qui Deum verentur, non juris tantum, ſed Theolo-

giæ

giæ inprimis & Philoſophiæ, omnisque ſolidæ & elegantis literaturæ cultores. Doceant eam non jurisconſulti, qui intra juris privati pomœria ſe contineant, ſed philoſophi, illi quidem, qui veterem philoſophiam conjungunt cum nova, & veſtigia legunt Grotii, à quo Ariſtoteles obſcurus non vocatur Scholaſticus, homo umbratilis, inutilis ſubtilium terminorum artifex, ſed Doctorum princeps, qui ſive tractandi ordinem, ſive diſtinguendi acumen, ſive rationum pondera conſideres, inter philoſophos debet locum obtinere primum; ita tamen, ne hujus gentilis oraculi principatus abeat in tyrannidem. Habent juris civilis Doctores alia, quæ agant, cùm in tradendis juris particularis partibus ſint toti, ſic ut jurisprudentiam univerſalem & divinam lubentes relinquant philoſophis, qui ſpiſſis juridicorum actorum voluminibus, quæ ex omnibus Germaniæ angulis tot nuncii, intempeſtivè prenſantes, congerunt, in ſuis lineis non turbantur, nec juris civilis reſponſis, die noctéq; concinnandis, delaſſantur. Taceo, Philoſophos, vigore legum Academicarum, uſum Philoſophiæ in jurisprudentia pariter ac Theologia debere oſtendere, id quod certè in explicatione hujus diſciplinæ, quam divinam non modo, ſed

uni-

univerſalem hac quoque ratione nominamus, fit, vel ſaltem fieri debet, haud obiter.

Ducem hac in ſancta doctrina conſtanter ſequor *Grotium*, cujus incomparabilis liber de jure belli & pacis, omnis exquiſitæ literaturæ, pretioſo auro pretioſior, eſt theſaurus. Interim cum primo ſtatim profeſſorii mei muneris anno animadverterem, illam ſummi Autoris diffuſam, coacervatam, atque ex græca antiquitate non minus, quàm latina hauſtam eruditionem generoſa confundere & delicata pectora, atque impedire, ne rationes autoris facilè caperent; Schefferianum placuit compendium, quod typis academicis in uſum auditorii mei dedi exſcriptum, ſcholis exponere publicis. Exquiſitiſſimis verbis illum Grotii nucleum commendat magnus Theologus & Philoſophus, Johannes Franciſcus *Buddeus*, quondam Moralium & Politices in Fridericiana Regia, nunc in Salana Academia Theologiæ Profeſſor celeberrimus. *Johannes Schefferus, vir ſummus, ex tot præclaris ingenii monumentis orbi erudito haud incognitus,* inquit ille in Juris naturalis hiſtoria, *in gratiam Guſtaphi Adolphi, Comitis de la Gardie, ſummatim, ſuccinctis propoſitionibus, Grotii opus complexus fuit, mira brevitate & perſpicui-*

*ſpicuitate: indeque enatus eſt Hugo ille Grotius enucleatus, quem Detblevus Marcus Friſe, Anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo tertio, luci expoſuit. Aut me omnia fallunt, aut dubiam libellus hic reliquis compendiis palmam facit. Tanta fide, tam accuratè, ſimulque tam breviter Grotii mentem reddit, ut dubitem, an ipſe Grotius mentem exprimere aptius potuerit, ſi breviori uti ſermone voluiſſet; ſimul tam perſpicuè, ut & pro commentario eſſe queat. Exigua, ſcio, laus eſt mittere in Compendium alterius laborem: accuratè mittere, profectò non cujusvis eſt.*

Schefferiano huic compendio à me fuerunt *Acceſſiones* factæ quatuor; quarum *prima* eſt lemmatum Grotianorum, quæ hac de cauſa addidi, quia paragraphorum ſummam continent nervoſè; quamvis plura in iis quandoque ſint, quæ Schefferus non expreſſit. *Altera* eſt Prolegomenorum Grotianorum, quæ Schefferus non enucleavit. Volui igitur operam, à Scheffero prætermiſſam, ſupplere, atque tentare, annon verbis, quantum fieri poteſt, Grotianis integer poſſit Grotius contrahi. Et certè, ſi Deus vires largitur & annos, in animum induxi meum, diſtractis hujus editionis exemplaribus, integrum Grotium, ea qua incepi, ratione enodare. Sic

enim

Digitized by Google

enim Juris univerſalis cultores alacriori ſe accingent ſtudio ad ipſam aurei operis Grotiani lectionem, illudque majori jucunditate legent, & faciliori promptitudine intelligent. *Tertia* eſt notarum, quibus vel Grotium ex Grotio per locos parallelos explico, vel modeſtis verbis corrigo. Duo enim meis Auditoribus in explicatione Grotii inculco; primum eſt, ut ipſius mentem capiant rectè, quæ à paucioribus intelligitur, cùm plerumque contra mentem ipſius multa innocenti viro affingantur; alterum eſt, ut ſi à vero aberravit tramite Grotius, qui univerſale orbis literati, licet in eo regnaret maximè, non affectabat imperium, errores illius attentè notent, & cautè evitent. *Quarta* denique eſt accesſio hiſtoriæ Juris naturalis, quæ plerosq; recenſet autores, qui ad hanc doctrinæ partem excolendam ſuam hactenus ſymbolam contulerunt.

Digitized by Google

# GROTIANÆ JVRISPRVDENTIÆ CONSPECTUS.

## *PROLEGOMENA* GROTII ENVCLEATA.

## *PRIMI* LIBRI CAPITA.

I. Quid *bellum*, quid *Jus*. pag. 1--4.
II. An *bellare* unquam *juſtum* ſit. 5--10
III. Belli partitio in *privatum* bellum & *publicum*. *Summi imperii* explicatio. 10--18.
IV. De bello *Subditorum* in ſuperiores. 19--23.
V. *Qui* bellum licitè gerant. 23--24.

## *SECUNDI* LIBRI CAPITA.

I. De Belli *Cauſis*, & primum de *defenſione* ſui & rerum. 25--29.
II. De his, quæ homini *communiter* competunt. 29--34.
III. De *acquiſitione* originaria *rerum*: Ubi de mari & fluminibus. 34--38.
IV. De *derelictione* præſumta, & eam ſecuta *occupatione*, & quid ab *uſucapione* & *præſcriptione* differat. 38--41.
V. *De originaria* acquiſitione *juris* in *perſonas*. Ubi de jure *parentum*, de *matrimoniis*, de *collegiis*, de jure in *ſubditos*, de jure in *ſervos*. 42--48
VI. De *derivativa* acquiſitione *facto* hominis: ubi de *alienatione* Imperii & rerum Imperii. 48--51
VII. De derivativa acquiſitione, quæ fit per *legem*: Ubi de *Succesſionibus ab inteſtato*. 51--58
VIII. De acquiſitionibus, quæ vulgo dicuntur juris *gentium*. 58--60
IX. Quando Imperia *deſinant*, vel dominia. 63--65

b V.

enim Juris univerſalis cultores alacriori ſe accingent ſtudio ad ipſam aurei operis Grotiani lectionem, illudque majori jucunditate legent, & faciliori promptitudine intelligent. *Tertia* eſt notarum, quibus vel Grotium ex Grotio per locos parallelos explico, vel modeſtis verbis corrigo. Duo enim meis Auditoribus in explicatione Grotii inculco; primum eſt, ut ipſius mentem capiant rectè, quæ à paucioribus intelligitur, cùm plerumque contra mentem ipſius multa innocenti viro affingantur; alterum eſt, ut ſi à vero aberravit tramite Grotius, qui univerſale orbis literati, licet in eo regnaret maximè, non affectabat imperium, errores illius attentè notent, & cautè evitent. *Quarta* denique eſt acceſsio hiſtoriæ Juris naturalis, quæ pleroſq; recenſet autores, qui ad hanc doctrinæ partem excolendam ſuam hactenus ſymbolam contulerunt.

Digitized by Google

# GROTIANÆ JURISPRUDENTIÆ CONSPECTUS.

## *PROLEGOMENA* GROTII ENUCLEATA.

## *PRIMI* LIBRI CAPITA.

I. Quid *bellum*, quid *Jus*. pag. 1--4.
II. An *bellare* unquam *juſtum* ſit. 5--10
III. Belli partitio in *privatum* bellum & *publicum*. *Summi imperii* explicatio. 10--18.
IV. De bello *Subditorum* in ſuperiores. 19--23.
V. *Qui* bellum licitè gerant. 23--24.

## *SECUNDI* LIBRI CAPITA.

I. De Belli *Cauſis*, & primum de *defenſione* ſui & rerum. 25--29.
II. De his, quæ homini *communiter* competunt. 29--34.
III. De *acquiſitione* originaria *rerum*: Ubi de mari & fluminibus. 34--38.
IV. De *derelictione* præſumta, & eam ſecuta *occupatione*, & quid ab *uſucapione* & *præſcriptione* differat. 38--41.
V. De *originaria* acquiſitione *juris* in *perſonas*. Ubi de jure *parentum*, de *matrimoniis*, de *collegiis*, de jure in *ſubditos*, de jure in *ſervos*. 42--48
VI. De *derivativa* acquiſitione *facto* hominis: ubi de *alienatione* Imperii & rerum Imperii. 48--51
VII. De derivativa acquiſitione, quæ fit per *legem*: Ubi de *Succesſionibus ab inteſtato*. 51--58
VIII. De acquiſitionibus, quæ vulgo dicuntur juris *gentium*. 58--60
IX. Quando Imperia *deſinant*, vel dominia. 63--65

V. De *OBLIGATIONE*, quæ ex dominio oritur. 66--68

XI. De *promiſſis.* 68--73

XIV. De *Contractibus.* 73--78

XIII. De *Jurejurando.* 79--83

XIV. De eorum, qui *ſummum imperium* habent, promiſſis, contractibus, & Juramentis. 83--86

XV. De *Fœderibus* & Sponſionibus 86--91

XVI. De *Interpretatione.* 91.-98

XVII. De *Damno* per injuriam dato, & obligatione, quæ inde oritur. 98--102

XVIII. De *Legationum* Jure. 102--104

XIX. De *Sepulturæ* Jure. 105. 106

XX. De *Pœnis.* 107--120

XXI. De pœnarum *communicatione.* 120--125

XXII. De *injuſtis* cauſis. 125--126

XXIII. De *dubiis* cauſis. 128

XXIV. Monita de non *temere*, juſtis etiam ex cauſis, ſuſcipiendo bello. 131-133

XXV. De cauſis belli, pro *aliis* ſuſcipiendi. 133--135

XXVI. De cauſis juſtis, ut bellum geratur ab his, qui ſub *alieno* ſunt imperio. 135--137

*TERTII*

# TERTII LIBRI CAPITA.

I. Quantum *liceat* in bello, regulæ generales ex jure naturæ: uti de *dolis*, & *mendacio*. 138--144

II. Quando jure gentium *bona ſubditorum* pro debito imperantium obligentur: ubi de *repreſſaliis*. 144--146

III. De bello juſto, ſive *ſolenni*, Jure gentium: ubi de *indictione*. 146--149

IV. De jure *interficiendi* hoſtes in bello ſolenni, & alia vi in corpus. 149--153

V. De rebus *vaſtandis* eripiendisque. 153-154

VI. De Jure *acquirendi* bello capta. 154--160

VII. De Jure in *captivos*. 160--162

VIII. De Imperio in *victos*.

IX. De *Poſtliminio*. 160--168

X. Monita de his, quæ *juſto* fiunt in bello. 163--169

XI. *TEMPERAMENTUM* circa *interfectionem* 169--173.

XII. *vaſtationem & ſimilia.* 173--175

XIII. res *captas.* 175--176

XIV. *captos.* 176--178

XV. acquiſitionem Imperii. 178--180

XVI. circa ea, quæ jure gentium *poſtlimino* carent. 180--181

XVII. De his, qui in bello *medii* ſunt. 181--182

XVIII. De his, quæ in bello publico *privatim* fiunt. 182--187

XIX. De *FIDE* inter hoſtes. 187--198

XX. *publica*, quâ bellum *finitur*. Ubi de *pacis* pactione, de *ſorte*, de condicto *certamine*, de *arbitrio*, de *deditione*, de *obſidibus*, de *pignoribus.* 98--202

XXI. bello *manente* : Ubi de *induciis*, de *commeatu*, de redemptione *captivorum*. 202,203

XXII. poteſtatum *minorum* in bello. 203--205

XXIII. *privata* in bello 205--207

XXIV. *tacita.* 207--208

XXV. Concluſió cum *monitis* ad fidem & pacem. pag. 208.

HUGO.

# HUGONIS GROTII
# PROLEGOMENA
## pauciſſimis enucleata.

§. 1.

JUs *civile* ſive Romanum ſive patrium; aut commentariis illuſtrarunt, aut compendiis contraxerunt multi: At Jus *naturale*, divinum & gentium, attigerunt pauci, hactenus tractavit certa *methodo* nemo, cùm id fieri interſit humani generis.

§. 2. Verè enim *Cicero* præſtabilem hanc dicit ſcientiam, & *Euripides* humanarum divinarumque cognitioni præponit.

§. 3. Atque eò magis *neceſſaria* eſt hæc opera, quod *vulgus* non tantum, ſed *docti* multi & prudentes omni ætate, & noſtra quoque, hanc præcipuam juris partem contemnere, & oppoſita inter ſe jus & arma dicere conſveverint.

§. 4. Plurima ejus ſenſus apud *Chriſtianos* quoque ſcriptores, Tertullianum præcipuè, occurrunt.

§. 5. Cùm verò fruſtra de Jure naturæ ſuſcipiatur tractatio, ſi illud *nullum*, error hic, quem magnis eloquentiæ viribus tuetur *Carneades*, breviter refellendus. Nullum autem iſte Philoſophus Academicus argumentum illo putat validius; Jura ſibi homines *utilitate* ſanxiſſe, varia



Digitized by Google

pro moribus & apud eosdem ſæpe mutata: Jus autem naturale eſſe nullum. Omnes enim *homines*, & alias *animantes* ad ſuas utilitates, natura ducente, ferri; proinde aut nullam eſſe juſtitiam, aut ſi ſit aliqua, ſummam eſſe *ſtultitiam*, quoniam ſibi noceat, alienis commodis conſulens.

§. 6. Sed hoc admitti non debet. Nam *homo* animans quidem eſt, ſed eximium, quod ſocietatem appetit tranquillam, cujus conſervandæ causâ proprium commodum negligit. Nec ipſa *beſtia* ſemper ad ſuas fertur utilitates.

§. 7. Nam quando illa partim *fœtuum* ſuorum, partim ſibi *congenerum* reſpectu commodum temperat proprium; procedit illud ex *principio aliquo extrinſeco intelligente*, quia circa actus alios, iſtis neutiquam difficiliores, par intelligentia in iis non apparet. *Hominem* verò quod attinet, in tenella iſte ætate oſtendit *propenſionem aliis benefaciendi* & *miſericordiam*; in perfecta ætate circa ſimilia ſimiliter agere, & ſecundum generalia præcepta rationes vitæ inire novit cum ſocietatis appetitu excellente, cujus peculiare inſtrumentum habet ſermonem.

§. 8. Atque hæc hominis *inclinatio pro conſervanda ſocietate* fons eſt hujus juris naturalis, quod verè jus ſocietatis humanæ vocamus, quia illud leges præſcribit, ut ſuum cuique tribua-

Digitized by Google

tribuamus, promiſſa impleamus, & ſimilia ad communem ſocietatis ſalutem vergentia.

§. 9. Præterea, cùm in homine non tantum illa ſit ad ſocietatem naturalis diſpoſitio, ſed *ratio* quoque, quæ cuilibet rei verum ponit pretium, hinc ſanum de rebus fert judicium, neque unquam ab honeſto deflectit, quòd ſuæ illud naturæ ſentiat convenire.

§. 10. Huc etiam pertinet in his, quæ cuique homini & cœtui ſunt propria, elargiendis *prudens diſpenſatio*; ut quæ minus ſapientem ſapientiori, extraneum propinquo, potentem pauperi poſtponit.

§. 11. Omnia hæc locum haberent, etiamſi daremus, quod tamen ſine ſummo ſcelere dari nequit, *non eſſe Deum*; Hujus contrarium, cùm partim ratio, partim traditio homini inſeverit, confirment verò argumenta multa & miracula: ſequitur, Deo ſine exceptione parendum, uti optimo & potentiſſimo Numini, quod vult & poteſt præmia reddere obedientibus, punire immorigeros.

§. 12. Hoc jus eſt *divinum* voluntarium, cui non minus, quàm *naturali* ſive ſociali, & illi *gentium*, latius ſic dicto, nos ſubmittere debemus, quia Deus varii hujus juris principia omnia nobis inplantavit.

§. 13. Accedit, Deum datis legibus jus naturæ propter *imbecilliores* magis feciſſe conſpicuum.



Digitized by Google

§. 14. Præterea ad ſocialem affectum ipſa nos excitat S. *Scriptura*, & cognationem hominum inter homines non minus, quàm hominum inter Deum docet.

§. 15. Deinde, cùm juris naturæ ſit, ſtare pactis, ab hoc ipſo fonte jus quoque fluit humanum, ſive illud *laxius* ſic dictum, *gentium*, ſive *ſtrictius*, civile.

§. 16. Itaque *naturalis* juris mater ipſa eſt *natura* húmana, quæ nos, licet nulla re indigeremus, ad ſocietatem fert mutuam; *civilis* verò juris mater *ex conſenſu obligatio*: Licet illi accedat, huic occaſionem det *utilitas*.

§. 17. Sicut jus *civile* civitatis *unius*, ſic jus gentium, quod à jure naturali diſtinguitur, civitatum *omnium* vel plerarumque *moratiorum* utilitatem reſpicit.

§. 18. Jus verò neque naturale neque gentium *ſtultitia* eſt. Uti enim *civis* ſtultus non eſt, qui jus civile obſervaturus ſibi utilia omittit: Sc nec *populum* poſſumus dicere ſtolidum, qui naturale & gentium jus propter *commodum proprium* non convellit. Neque ſtultitia eſt, illud ſequi honeſtum, ad quod natura nos ducit.

§. 19. Quare nec vis nec metus validioris *cauſa* juris eſt, ſed *finis* externus. Si enim abeſſet coactio, nulla foret juris executio.

§. 20. Et licet juſtitia nullas haberet vires mini-

Digitized by Google

miniſtras, efficax tamen foret, quia non tantum *conſcientiam* tranquillat, & *proborum conſenſum* meretur; ſed *Deum* quoque reddit amicum, qui, ut malis pœnam, ſic bonis compenſationem poſt hanc plerumque vitam reſervat.

§. 21. In jure nihil niſi utilitatem ſpectantes, juſtitiam quidem à *civibus*, non tamen à *populis*, nec ab eorum rectoribus exigunt, cùm hi poſſint ſe ipſos, illi verò ſinguli minus *tueri*.

§. 22. Sed errant. Licet enim negemus, jus ſolius utilitatis causâ comparatum: nulla tamen gens tam *valida* eſt, nullus Princeps tam *potens*, qui non extranea ope vel ad commercia, vel ad junctas multorum, ſe oppugnantium, vires reprimendas indigeat.

§. 23. Quod ſi nulla communitas, ne quidem *Latronum*, ſine juſtitiæ ſignificatione conſiſtere poteſt; certè & illa *amplisſima*, quæ genus humanum & populos colligat, jure indiget quam maximè.

§. 24. Non tantum verò *pacis* tempora legibus æquitatis gubernantur;

§. 25. Sed nec in *bello* debent jura ceſſare omnia, cùm illud nec ſuſcipi debeat, niſi ad Juris conſecutionem, nec ſuſceptum geri, niſi intra juris & fidei modum.

§. 26. Sileant quidem leges inter arma, ſed

 *civiles*

Digitized by Google

*civiles*, non *naturales* divinæ, tam pacis quàm belli temporibus accommodatæ.

§. 27. Quantam vim in bellis *juſtitia conſcientia* habeat, paſſim oſtendunt Hiſtoriarum ſcriptores, qui victoriam ſæpe huic cauſæ ſolent adſcribere. Licet enim *iniqua molitiones* proſperos quandoque ſucceſſus ſortiantur; *cauſa æquitas* tamen vim ad agendum habet maximam.

§. 28. Ob has dictas rationes, cùm Grotius haberet compertiſſimum, eſſe aliquod *inter populos jus commune*, quod & ad bella & in bellis valeret; cur de eo ſcriberet, cauſas habuit multas. Videbat enim, primum in Chriſtiano orbe, barbaris pudendam, *belli licentiam*, quam hoc libro conatur moderari.

§. 29. Quem ad omnia ſcelera immiſſum furorem, cùm *Eraſmus*, *Ferus* & *alii*, viri pacis & eccleſiaſticæ & civilis amantiſſimi, deteſtarentur, eò devenére, ut bella *interdicerent* omnia.

§. 30. Dein *Jurisprudentiam*, quam Grotius in muneribus exercuerat publicis, indignè è patria ejectus, privatâ diligentiâ voluit adjuvare, *artis formam* optimæ hujus juris parti imponendo, quod ante ipſum multi deſtinarunt: Sed, cùm illi naturalia, quæ ſemper ſunt eadem, non ab iſtis ſepararent juribus, quæ ex Inſtituto veniunt, & ſæpe mutantur; hoc opus perfecit *curatius* ante eum nemo.

§. 31.

§. 31. Quod ſi qui per *partes* hanc perpetuam & naturalem Jurisprudentiam, neglectis iis, quæ ex voluntate libera ortum habent, tractarent, ex iis poſſet partibus corpus confici adhuc *perfectius*.

§. 32. Quam *viam* Auctor cenſuerit ineundam, non tam verbis, quàm re ipſa in hoc opere, quod partem Jurisprudentiæ longè nobiliſſimam continet, oſtendit.

§. 33. Præmiſſa enim de origine Juris præfatione, generalem *primo* libro quæſtionem examinat: Sitne bellum aliquod juſtum? Dein publici privatique belli vim ſummamque poteſtatem explicat; poſtea de ſubditorum in ſuperiores officio dicit.

§. 34. Liber *ſecundus* omnes bellorum cauſas latè exequitur, & jura perſonarum rerumque exponit.

§. 35. Liber *tertius* ad pacis genera deſcendit, & licentiam belli temperat.

§. 36. Major hujus ſcriptionis Grotianæ fuit *neceſſitas*, quòd nemo veterum *Philoſophorum*, neque *Græcorum* neque *Romanorum*, addo *Chriſtianorum*, hoc argumentum per omnes partes diſtinctè ante eum tractaverit.

§. 37. Et recentiores quoque *Theologi* pariter & *Juris Conſulti* pauciſſima de uberrimo dixerunt argumento, ordine obſervato nullo, naturale & divinum jus cum humano, gentium, civili, & canonico, confundentes.

§. 38.

Digitized by Google

§. 38. Omnibus his *Hiſtoriarum* defuit lux; quam ſupplere aggreſſi ſunt, *Faber*, *Ayala* & *Albericus Gentilis*, quorum diligentiâ ſe eſſe adjutum ingenuè Autor fatetur.

§. 39. Cura verò majori *Grotius* hanc rem eſt aggreſſus. *Primum* enim probationes eorum, quæ ad jus naturæ & gentium ſpectant, ad *notiones* certas retulit.

§. 40. *Deinde* ad juris utriusque probationem uſus eſt *teſtimoniis*, quæ rectam ex naturæ principiis rationem, aut communem gentium conſenſum oſtendunt.

§. 41. Hæc *duo* non minus inter ſe, quàm à jure civili diſcernere laboravit; imo & in *gentium jure* diſcrevit id, quod verè & ex omni parte jus eſt, ab eo, quod duntaxat effectum quendam externum ad inſtar illius primitivi juris parit. Separavit etiam ea, quæ juris ſunt ſtrictè ac propriè ſic dicti, & ea, quæ juris eſſe dicuntur, quia aliter agere, cum alio aliquo rectæ rationis dictato pugnat.

§. 42. Inter *Philoſophos* dicit merito principem obtinere locum *Ariſtotelem*, ſive tractandi ordinem, ſive diſtinguendi acumen, ſive rationum pondera conſideres. Principatum tamen Ariſtotelis non debere in tyrannidem abire, ne veritas, cui Philoſophus iſte fidelem navavit operam, nomine Ariſtotelis opprimatur.

Digitized by Google

tur. Nihil eſſe ſtultius, quàm in certam jurare ſectam, cùm ſit nulla, quæ viderit verum omne, nulla, quæ non ex vero aliquid. Rectè tradere Philoſophiam, hoc demum eſſe: veritatem, per ſectas diffuſam plures, in corpus colligere.

§. 43. Obiter in Ariſtotele notat, eum *naturam virtutis in mediocritate affectuum actionumque* minus rectè poſuiſſe, quod ſemel poſitum, eò illum abduxerit, ut virtutes diverſas compingeret in unum, & vitia diceret, quæ per ſe non ſunt.

§. 44. Non rectè autem univerſaliter poſitum hoc fundamentum, vel ex *juſtitia* apparere, cui oppoſitum nimium aut parum; quod utrumque cùm in affectibus, & eos ſequentibus actionibus ille non poſſit invenire, in rebus ipſis, circa quos verſatur juſtitia, quæſiviſſe. Id quod eſſet deſilire à genere in genus alterum.

§. 45. Verum quidem eſſe, nonnullas virtutes vitium habere in exceſſu; non tamen omnes. Nos enim *Deum colere* non poſſe nimium. Ariſtotelem igitur magni faciendum eſſe, ſed cum ea *libertate*, quam ipſe ſibi in ſuos magiſtros, veri ſtudio, indulſit.

§. 46. Jus quoque naturæ & gentium exem-

exemplis & judiciis, præſertim conſentientibus, quæ ex græca & Romana ſumſit *hiſtoria*, partim illuſtravit, partim probavit.

§. 47. Sententias verò *Poëtarum* & *Oratorum* ad ornamentum, non ad fidem adſtruendam adducit.

§. 48. Auctoritate *librorum ſacrorum* cum diſcrimine antiquæ & novæ legis ſæpè utitur, antiquam verò legem veteri Teſtamento contineri;

§. 49. Ad hujus mentem indagandam non parum conferre *Rabbinos* exiſtimat.

§. 50. Novam legem *Novo Teſtamento* promulgatam putat, utpote, quod Teſtamentum majorem exigat ſanctimoniam, quàm Vetus.

§. 51. Adhibet præterea rectos *Synodorum* Canones, veterum Chriſtianorum laudatos mores, & unanimem *Patrum*, qui primis puritatis temporibus, doctrinæ pariter & pietatis famâ, floruerunt, conſenſum.

§. 52. Nec *Scholaſticos* negligit, qui licet in bonarum artium ignara tempora inciderint, vix tamen errant, quando in re morum conſentiunt.

§. 53.

Digitized by Google

§. 53. *Juris Conſultorum* tres facit claſſes. *Prima* eſt eorum , quorum fragmenta in Corpore Juris apparent. His multum defert, quia optimas ſæpè rationes ad demonſtrandum id, quod Juris eſt naturæ, ſuppeditat.

§. 54. *Altera* eos complectitur, qui Irnerio ſucceſſerunt, *Accurſius*, *Bartolus*, *Baldus*, & tot alia nomina. Licet enim iſti mali ſint juris interpretes, ſunt tamen audiendi, cùm tali conſvetudini, quæ jus facit gentium, teſtimonium perhibeant.

§. 55. *Tertia* Claſſis, Romani Juris finibus ſe includens, jusque illud naturæ & gentium leviter attingens, vix ullum hîc habet uſum. Duo tamen *Hiſpani*, *Covarruvias* & *Vasquius*, hic magna libertate , iſte modeſtiùs , nec ſine exacto judicio , populorum & Regum controverſias cum legum & Canonum cognitione conjunxerunt. *Galli* dein duo *Bodinus* & *Hotomannus* legum ſtudio hiſtoriam adjunxerunt.

§. 56. In toto opere Grotius *tria* maximè ſibi propoſuit : ut rationibus *definiret* , ordine *diſponeret*, perſpicuè *diſtingueret*.

§. 57. Temperavit ſe ab iſta tractatione, quæ ad *Politicam* pertinet, & illius, quod utile eſt, non niſi obiter mentionem facit.

§. 58.

§. 58. Ad *ſui ſeculi controverſias*, aut natas aut naſcituras, non reſpexit, animum ab omni ſingulari facto abducens.

§. 59. *Dicendi genus* ſequutus eſt conciſum, & docenti conveniens, ut negotia tractantes publica in uno conſpectu controverſiarum publicarum genera & principia, unde dijudicari poſſent, haberent.

§. 60. *Scriptorum verba* aut cum auctoritate aut cum venuſtate dicta adduxit; in *græcis* ſermonem adjunxit latinum, in eorum commodum, qui græca non didicere.

§. 61. Obteſtatur tandem omnes Grotius, ut eandem ſumant in ſe judicando *libertatem*, quâ ipſe in aliorum ſcriptis examinandis eſt uſus. Et denique non dictum à ſe eſſe optat, ſi quid *pietati, bonis moribus, ſacris literis, eccleſiæ*, & ulli unquam *veritati* adverſetur.

Digitized by Google

# HUGONIS GROTII
## DE
# JURE BELLI ET PACIS
## LIBER I.

### *CAPUT I.*
### Quid bellum, quid jus?

*I. Ordo operis.*
*II. Belli definitio & origo nominis.*
*III. Jus pro attributo actionis deſcribitur, & dividitur in rectorium & æquatorium.*
*IV. Jus pro qualitate dividitur in facultatem & aptitudinem.*
*V. Facultatis ſive juris ſtrictè dicti diviſio in poteſtatem, dominium, creditum.*
*VI. Facultatis alia diviſio, in vulgarem, & eminentem.*
*VII. Aptitudo quid?*
*VIII. De juſtitia expletrice & attributrice: eaque propriè non diſtingui per proportionem geometricam & arithmeticam: nec quod hæc circa res communes, illa circa res ſingulorum verſetur.*
*IX. Jus pro regula definitur, & dividitur in naturale & voluntarium.*

 *X. Jus*

*X. Juris naturalis definitio, diviſio, & diſtinctio ab his, quæ non propriè ſic dicuntur.*

*XI. Inſtinctum cum aliis animantibus communem, aut proprium hominibus, non facere aliam Juris ſpeciem.*

*XII. Quomodo probetur jus naturale.*

*XIII. Juris voluntarii diviſio in humanum & divinum.*

*XIV. Jus humanum dividitur in civile, civili arctius, & civili latius, quod eſt jus gentium: ejus explicatio, & quomodo probetur.*

*XV. Jus divinum dividitur in univerſale, & unius populi proprium.*

*XVI. Jure hebræorum nunquam obligatos fuiſſe alienigenas.*

*XVII. Quæ argumenta Chriſtiani petere poſſint ex lege hebræa & quomodo.*

§. I.

OMnes controverſiæ inter eos, quorum alter alteri non eſt ſubditus, ad bellum & pacem ſpectant. Sed quia illud hujus cauſâ, de jure belli, quo iſtæ controverſiæ deciduntur; primo agemus.

§. 2. *Eſt autem* BELLUM *ſtatus certantium per vim*, ſive privatum id ſit, ſive publicum.

§. 3. Hujus jus intelligitur id præcipuè, quod eſt non injuſtum, h. e. ſocietati humanæ non repugnans. Quod cùm ſit vel inter æquales, vel inæquales, *jus quoque gignit duplex: Rectorium* vel *Æquatorium.*

§. 4. Ab hoc jure differt *jus perſonale, quod eſt*

*eſt qualitas perſonalis perſonæ*, competens ipſi ad aliquid juſtè habendum vel agendum. Eſtque ea qualitas vel perfecta & *facultas*, vel imperfecta & *aptitudo* dicitur.

§. 5. *Facultas* dicitur jus proprium & ſtrictum, continetq; poteſtatem, dominium, & creditum.

§. 6. Eſtque duplex *Vulgaris*, in uſum privatorum, & *Eminens*, communitatis in uſum communem.

§. 7. *Aptitudo* eſt dignitas, quodque oritur ex ea jus, eſt id, quod dicitur conveniens.

§. 8. In facultate attenditur juſtitia *expletrix*, commutativa vulgo: In aptitudine *attributiva*, diſtributiva vulgo appellata.

§. 9. Significat quoque jus nonnunquam *legem*, quæ obligat ad id, quod dicitur rectum, Eſtque *Jus* hoc vel *naturale*, vel *voluntarium*, quod legitimum etiam vocatur.

§. 10. *Naturale* eſt dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui ex ejus convenientia vel pugna cum rationali natura, ineſſe ei naturalem turpitudinem aut honeſtatem, & ideo ab ejus naturæ auctore præcipi aut vetari. Ut facere ſecundum illud, debitum ſit per ſe, non ex voluntate quapiam ſpeciali humana vel divina. Quo etiam reducuntur, quæ illi non repugnant, & oppoſitis meliora, aut quovis modò honeſta ſunt. Pertinetque hoc jus etiam ad ea, quæ actum voluntatis humanæ conſequuntur, ac ne à Deo quidem ipſo immutari poteſt.

§. 11. Atque hic eſt fons hujus juris, non *in-*



Digitized by Google

*ſtinctus* quidam naturalis cum brutis communis, quæ capacia hujus juris non ſunt.

§. 12. Sed convenientia cum natura rationali ac ſociali, vel eo, quod apud *omnes*, aut *moratiores* pro tali jure habetur, cùm conſenſus iſtiusmodi cauſa ſit dictamen rationis.

§. 13. *Jus verò voluntarium eſt vel divinum vel humanum.*

§. 14. Hoc vel *civile*, vel quod de eo latius vel quod anguſtius. *Civile* oritur à poteſtate, quæ præeſt civitati, h. e. cœtui perfecto liberorum juris & utilitatis communis cauſâ ſociatorum. *Anguſtius*, ut poteſtas patria, dominica &c. *Latius*, ut jus gentium voluntarium, quod colligitur ex uſu continuo, & teſtimonio peritorum.

§. 15. Jus voluntarium *divinum*, quod ſecreta ratione Deo placuit; eſtque vel *univerſale*, tempore Adami, Noachi, Chriſti datum omnibus hominibus; vel *particulare*, datum ſolis Judæis.

§. 16. Hoc jure non tenentur alii, niſi in eo ſit expreſſum, aut ii à Judæis quoquo modo geniti.

§. 18. Itaque tantum docet, quod juri naturæ non repugnent quæ præcipit, aut permittit, dando *licentiam*, non ſolam *impunitatem*. Deinde licentiam condendi leges ſimiles, niſi quas ſuſtulit Chriſtus. Obligat tamen etiam nunc ad *virtutes*, ad quas ſpeciatim & uberius Chriſtus obligavit.



Digitized by Google

# CAPUT II.

## An bellare unquam juſtum ſit.

*I. Jus naturæ bello non repugnare probatur rationibus.*
*II. Hiſtoria.*
*III. Conſenſu.*
*IV. Jus gentium non repugnare bello probatur.*
*V. Jus divinum voluntarium ante Evangelii tempus bello non repugnare probatur, cum ſolutione objectionum.*
*VI. Ad quæſtionem, an bellum cum Jure Evangelico pugnet, præmonita.*
*VII. Argumenta pro negante ſententia ex ſacris literis.*
*VIII. Solutio argumentorum ex ſacris literis pro parte ajente.*
*IX. Examinatur veterum Chriſtianorum circa hanc rem conſenſio.*

§. 1. Cùm ergo quæritur de *bello*, num per ſe ſit *juſtum*, liquet (1) minimè repugnare juri *naturæ*. Nam id permittit tueri ſe, & mala repellere, imo hæc inter prima habet.

Nec (2) repugnat convenientiæ cum *ratione*, quæ propria eſt naturæ humanæ, cùm ſocietatis, ad quam homo factus eſt à natura, ſcopus ſit, ut ſuum quisque poſſideat. Fruſtra objicitur *communitas*, ut in qua ſaltem illam partem quisq; habuit propriam, quæ cuique ex lege ipſius debebatur, quam proinde velut ſuum, contra alios tueri, minimè injuſtum erat.

§. 2. Sed & juſtum eſſe bellum, patet *exemplo*

Abrahami, Hebræorum, Moyſis, Joſuæ &c. Legibus à Deo ipſo latis de belli gerendi ratione, quæ & ab auctore epiſtolæ ad Hebræos laudantur.

§. 3. Patet quoque *conſenſu* ſapientum, Ciceronis Philoſophi, Caji & Florentini JCtorum; Joſephi hiſtorici, ipſæque beſtiæ oſtendunt.

§. 4. Nec repugnat juri *gentium*, ut docent mores, leges & hiſtoriæ omnium gentium. Imo ab hoc jure introductum bellum dixit Hermogenianus, quoniam ab eo certam formam accipit, quæ producit certos effectus; & bellum ſolenne à non ſolenni, eoque quod jure naturæ ſolum juſtum eſt, diſtinguit.

§. 5. At verò de jure *divino* voluntario poteſt ambigi, propter legem Noæ datam, de non effundendo ſanguine. Sed illa agit de effuſione vitioſa; itaque & in eam pœna ſimilis effuſionis ibi ſtatuta eſt à Deo ipſo, id quod naturaliter erat licitum (ſed in Caino repreſſum ob multiplicia homicidia) probante. Uſurparuntque hoc jus primò quilibet innocentes; mox ſoli judices. Itaque & Abrahamus & Moyſes ſine ſpeciali Dei mandato geſſerunt bella, & Judæi capitalia exercuerunt ſupplicia. Nec in cauſa tantum homicidii, ſed eorum omnium, quæ vitæ æquiparantur. Nec ſolis Judæis hoc conceſſum, cùm cauſa legi oppoſita ſit univerſalis, nec eſt ratio, quare hoc alios populos uſurpare Deus noluerit.

§. 6. Deinde ambigi poteſt adhuc magis propter

pter *legem Evangelicam.* De qua obiter notandum, *primò* falſo tradi, omnia, quæ continet, eſſe juris naturalis, extra præcepta fidei & ſacramentorum. *Deinde* Moyſis legem tantum explicare, cùm lex Moyſis *duo* contineat, unum *commune*, quod inſervit Reipubl. eorum, ſicut ſolent L.L. aliorum; alterum *peculiare*, quod inſervit Deo ejusque ſanctitati, qui ſancta eſſe vult omnia, ipſam quoque mentem, quæ utraque Chriſtus non tam interpretatur, quàm accuratioribus & magis adſtringentibus præceptis emendat.

§. 7. His igitur argumentis, ut bellare non prohibitum eſſe probemus, ſepoſitis, monſtrabimus id *primum* ex Paulo, quia vult Reges etiam Chriſtianos manere tales, & Chriſtianis præſtare tranquillitatem, quod fieri nequit absque uſu gladii, qui & bella continet, venerarique Chriſtum, hoc eſt impedire, quæ ſunt contra ipſum aut religionem.

*Deinde* quia Paulus Magiſtratum omnem dicit eſſe à Deo, cui ideo præſtandum ſit obſequium. Nam ſi magiſtratus, etiam jus belli à Deo erit, ſine quo Magiſtratus eſſe nequit. *Tertiò*, quia Johannes Baptiſta non juſſit milites ſe abdicare militiâ, ſed ſtipendio contentos vivere. Nec contrarium putari poteſt docuiſſe Chriſtum.

a.) Propter reliquam utriusque doctrinarum convenientiam.

b.) Quia Chriſtus ipſe ait: Evangelium cœpiſſe à Johanne.



Digitized by Google

*Quarto*, quia cùm ſublato gladio quaſi diluvium malorum oriatur, Chriſtus expreſſis verbis debuiſſet prohibere.

*Quinto*, quia manentibus judiciis Judæorum ad deſtructionem urbis, primi Chriſtiani eis ſe ſubjecerunt.

*Sexto*, quia Cornelius centurio etiam poſt acceptum Spiritum S. manſit in functione ſua.

*Septimo*, quia hoc ipſum fecit Sergius Paulus.

*Octavò*, quia ipſe S. Paulus uſus eſt præſidio militari contra Judæos.

*Nono*, quia cùm tributa ſolvere honeſtum ſit, poteſtatem quoque honeſtam eſſe ſequitur, in cujus uſus ſolvuntur.

*Decimo*, quia cùm, fatente Paulo, tempore Evangelii committi poſſit crimen morte dignum, ſi plures tale quid ſimul committant, ii ſic puniri poterant, quod nequit fieri ſine bello.

*Undecimo*, quia Moyſes legem tantum abrogavit, quatenus diſtinxit inter Gentiles & Hebræos, non quatenus præcepit honeſta, è quibus arma ſunt, quæ arcent injuriam, quibus non Judæi ſolum, ſed & pii alii ante ipſum ſunt uſi.

§. 8. Sed *objicitur*

a. *Vaticinium Eſaiæ* de enſibus in falces convertendis. Verum id accipiendum, vel ſub *conditione*, ſi omnes fiant veri Chriſtiani, vel *purè*, & ſic tempus illud nondum venit, expectandumque eſt, non interim ceſſantibus armis, quamdiu ceſſat injuria. Deinde

b. ver-

b. *Verba Chriſti* cedenti *maxillam* unam, alteram obvertendam. Sed ea non dicuntur Magiſtratui; præterea agunt de levi hac injuria, *alapa*, ob quam Chriſtus non vult in judicio cum fratre contendi. Similiter fieri à nobis ibi præcipitur, quod absque nullo *incommodo* poteſt, & dari, quo *abundamus*.

c. quod ibidem dicatur, *diligendos inimicos*. Sed hoc non pugnat cum officio Magiſtratus bella gerentis, quia bella geſſit apud Judæos, quibus præceptum fuit, diligere proximum, in cujus præcepti locum hoc ſucceſſit. Adde *gradus dilectionis*, ut diligere quidem cùm neceſſe ſit, ſed niſi major dilectio impediat, jubeamur exemplo Dei, qui non omittit punire ſontes per Magiſtratus, miniſtros ſuos. Quod & Chriſtus ipſe fecit, facietque in die noviſſimo.

d. quod apud *Paulum* dicitur: *meum eſt ulciſci*. Sed eo, quo hæc dicta ſunt, tempore, judicia exercebantur. Itaque ad Magiſtratus nihil pertinent. Addo, quod Paulus ipſe Magiſtrum in vindictam malorum vocet.

e. quod apud eundem *bella carnis* prohibeantur. Sed ibi *carnem* denotare infirmitates humanas docet totus locus.

f. Quod ex *Epheſ.* 6, 12. affertur, pertinet ad *pugnam* Chriſtianorum, ut ſunt Chriſtiani.

g. Quod ex *Jacob.* 4, 1. id agit de *injuſtis* bellorum cauſis, quæ tum gerebantur inter Judæos.

h. Dictum *Petri*, qui *gladio* ferit, gladio peribit, ad bellum *privatum* pertinet, de quo alio loco.

§. 9. Afferuntur quoque dicta quædam *Patrum*. Et ex iis nihil colligitur, quàm *privata* quorundam ipſorum ſententia de hac re, eaque *inconſtans* & fere illorum, qui de omnibus *magnificentius* loqui conſueverunt. Deinde prohiberi bella ob *peculiares reſpectus temporum*, quia in iis ſervire Deo non poterant, aut bellare contra ſuos. Quibus ceſſantibus militare ſolebant Chriſtiani. Et ſanè concedunt Patres alii, nec Eccleſia milites rejecit unquam à *baptiſmo*. Imo in *martyrum* numerum retulit. Sed nec *Epiſcopi ſeveriſſimi*, etiam Imperatores Chriſtianos unquam bellare, aut ſuppliciis ſontes afficere prohibuerunt. *Canon.* 12. *Synod. Nican.* agit de militia, in qua exercebatur *idololatria*. *Leonis epiſtola* de *pœnitentibus*, in quibus puritas conſpectior requirebatur. *Can.* 82. Apoſt. de *Clericis*, in quibus attendi exactiſſima vitæ rectitudo ſolebat.

## CAPUT III.

### Belli partitio in publicum & privatum. Summi imperii explicatio.

*I. Belli diviſio in publicum & privatum.*

*II. Non omne bellum privatum poſt judicia conſtituta illicitum eſſe jure naturali defenditur, additis exemplis.*

*III. Ac ne jure quidem Evangelico; cum ſolutione objectionum.*

IV.

Digitized by Google

IV. Belli publici diviſio in ſolenne & minus ſolenne.

V. An bellum ſit publicum, quod geritur auctoritate Magiſtratus, ſummam poteſtatem non habentis, & quando.

VI. In quibus rebus conſiſtat poteſtas civilis.

VII. Quæ poteſtas ſit ſumma.

VIII. Refellitur ſententia, quæ ſtatuit, ſummam poteſtatem ſemper eſſe penes populum: & ſolvuntur argumenta.

IX. Refellitur ſententia, quæ ſtatuit, ſemper mutuam ſubjectionem regis & populi.

X. Ad veram ſententiam rectè intelligendam adhibentur cautiones: prima eſt, de diſtinguenda vocum ſimilitudine in re diſpari.

XI. Secunda, de diſtinguendo jure, & modo habendi jus.

XII. Oſtenditur, quædam imperia ſumma haberi plenè, id eſt alienabiliter.

XIII. Quædam non plenè:

XIV. Quædam non ſumma plenè, id eſt alienabiliter haberi.

XV. Adſtruitur dicta diſtinctio ex diſcrimine dandi tutoris in regnis.

XVI. Summam poteſtatem non tolli promiſſione etiam ejus, quod nec naturalis nec divini ſit juris.

XVII. Summum imperium dividi interdum per partes ſubjectivas aut potentiales.

XVIII. Malè tamen hoc colligi ex eo, quòd reges acta quædam ſua, niſi à cœtu aliquo probentur, rata eſſe nolunt.

XIX. Alia quoque exempla quædam malè huc trahi.

XX. Vera exempla.

XXI. Summam poteſtatem habere poſſe, qui inæquali fœdere teneatur: cum ſolutione objectionum.

XXII. Et qui tributum pendat:

XXIII.

Digitized by Google

*XXIII. Et qui feudi lege teneatur.* | *XXIV. Diſtinctio juris & exercitii cum exemplis.*

§. 1. BEllum omne vel *publicum* eſt, vel *privatum* vel *mixtum*. *Privatum* eſt, quod autoritate propria, ſine poteſtatis ſummæ interventu, geritur. Id licitum eſſe dubitari poteſt, poſt introducta judicia.

§. 2. Eſt tamen *licitum*, ubi judicia ceſſant vel *momentaneè*, ubi judex non poteſt expectari, vel *continuè*, ubi nullus reperitur.

§. 3. Dubitant tamen de Jure *Evangelii*, quia dictum eſt Matthæi: *ne reſiſte injuriam facienti*, & Pauli: *non vos defendentes*: & Chriſti: *repone gladium in vaginam*. Addunt autoritatem Ambroſii, Auguſtini, Baſilii & aliorum. Sed non videtur exegiſſe Chriſtus talem patientiam, quia jubet *proximum diligere non ſupra, verum ſicut nos*. At dicunt: poteſt *aggreſſor* petitus in periculum æternum incidere. Sed poteſt idem accidere ei, quem *aggreditur*, & aggreſſor ante mortem agere pœnitentiam poteſt. Nec pro periculo habendum, in quod *ſponte* ſe quis conjicit. Etiam Apoſtoli ipſi gladios geſtarunt vivo Chriſto, cujus dictum ad Petrum ſolummodo ſignificat, talibus pericula ab aliis imminere, locutione proverbiali. Dictum de *non referenda injuria*, de tali agit, qualis *alapa* eſt. Dictum de *defenſione ſui*, *ultionem* ſpectat, ut ex textu liquet. Chriſtus, cujus quidam exemplum objiciunt, mortuus pro inimicis non ex lege.

*lege*, vetum *pacto* cum Patre. *Patrum* dicta, *conſilia* potius, quàm *præcepta* ſunt, ut collatis aliis illorum locis apparet.

§. 4. *Publicum* bellum eſt vel ſolenne vel non. *Solenne*, quod & juſtum dicitur, & quod certos habet juris effectus. Quo requiritur 1. ut utrinque geratur auctoritate ſummæ poteſtatis. 2. ut in eo obſerventur certi ritus.

*Non ſolenne* eſt, cui quid horum deeſt; nec ſufficit autoritas Magiſtratus minoris, niſi cùm geritur adverſus paucos inobedientes, vel periculum ſit præſentaneum.

§. 5. Quale bellum erit *publicum*, quando geritur à Magiſtratu aliquo; *non publicum*, ſi publicum bellum idem intelligitur ac ſolenne. Licet & in eo auferantur res ab obſiſtentibus. *Publicum* verò ac *ſolenne ſimul*, ſi conceſſam talis Magiſtratus à ſupremo habeat poteſtatem, ſed expreſſè conceſſam, ſine qua non niſi ex prædictis cauſis tali Magiſtratui bellare licet. Peccavitque & *Cn. Manlius* & *Jul. Cæſar*, cùm hic Germanis, ille Gallo-Græcis bellum intulit inſcio ſenatu, licet ex cauſis non injuſtis. Idem de *Octavii* bello contra Antonium cenſendum.

§. 6. Eſt autem *poteſtas civilis* facultas regendi civitatem; fitque hoc vel *per ſe*, cùm quis verſatur aut circa *univerſalia* condendo, abrogando LL. arte architectonica; aut circa *ſingularia*, eaque vel *directè publica*, ut actiones pacis, belli, aut res, aut vectigalia, dominium emi-

eminens, &c. arte civili & conſultrice; aut *privata* quidem, ſed *publica*, quatenus eis ordinantur iſta, ut controverſiæ inter ſingulos arte judiciaria. Vel fit per *alios*, ut Magiſtratus, Curatores, Legatos.

§. 7. Hæc civilis poteſtas *ſumma* intelligitur, cùm actus ejus arbitrio alterius irriti fieri non poſſunt. Habetq; vel *commune* ſubjectum, *Civitatem*, ſicut ante definita eſt, ut excludantur provinciæ, juri alterius ſubjectæ, includantur civitates diverſæ, quæ commune habent caput, & unum *σύςημα* per confœderationem faciunt. Vel *proprium*, perſonam unam pluresve, pro ratione gubernationis.

§. 8. Rejicienda autem hic ſententia eorum, qui ſummam poteſtatem illam ſemper volunt eſſe *populi*; *primo*, quia ut privato, ſic populo licet ſe in ſervitutem dare alteri, poſſuntque eſſe cauſæ, cur tali, quàm ullo alio genere malit gubernari. *Deinde*, quia reperti ſemper Reges, qui populo non fuere ſubjecti, ſicque deſcribuntur etiam à *Samuele*, *Davide*, *Seneca*, *Dione*, *Pauſania*, aliis. Imo Reges, qui populo ſubſunt, non ſunt propriè reges, ut Reges Spartanorum. Sed nec *conſtituens* ſemper ſuperior *conſtituto*, ut liquet exemplo mulieris conſtituentis ſibi maritum. Nec Reges omnes à populo conſtituuntur. Etiam non eſſe regimen inſtitutum eorum cauſâ, qui reguntur, patet ex imperio herili; quædam *mutuam utilitatem* ſpectant, ut imperium conjugale. Ac licet pleraque im-

peria

peria ſint *ſubditorum* cauſâ, non tamen ſubditi ſuperiores Rege, ſicut nec pupillus ſuo tutore, qui quamvis puniatur ob rem malè geſtam, fit tamen id non à pupillo, ſed ſuperiore, ut procedere in Regibus non poſſit, qui ſuperiorem non agnoſcunt, ſed à ſolo Deo judicantur: Neque populi à Deo puniti, quod delicta Principum non punirent, ſed quòd tacitè in ea conſentirent.

§. 8. Etiam *mutua ſubjectio* non eſt, licet manifeſtè iniqua non ſint facienda, niſi ubi ea certis legibus eſt expreſſa, cùm bonitas aut malitia actus diſtinguere partes non poſſit absque periculo ſummæ confuſionis.

§. 10. *Cavendum* deinde, ne decipiamur *vocum ſimilitudine* in rebus diverſis, regemque ſemper cogitemus, ubi Rex vocatur. Ordines quoque interdum ſunt ſolummodo velut publicum conſilium, interdum quoque jus habent in actiones Regis. Neque Reges electivi ſemper, ſed divino imperio, aut ſucceſſivi abſoluto præſunt.

§. 11. *Cavendum* quoque, ne confundamus *Rem* cum habendi ejus *modo*. Summum imperium reges electivi aut ſucceſſivi jure habent *uſufructuario*. Quæ bello juſto pepererunt, jure *proprietatis*. Dictatores Romæ habuerunt jure *temporario*. Nec hoc minus ſummum eſt, cùm *duratio* non mutet rei naturam. Ita habent Regni *tutores*, non habent, qui *precario* imperant.

§. 12.

Digitized by Google

§. 12. *Objiciunt*, liberos homines non eſſe in commercio, nec ideo poſſideri. Verum hîc non agitur de *libertate perſonali*, ſed *civili*, quæ ex Regno ſolet opponi. Eſtque hic *τὸ poſſidere*, Jus ſolummodo perpetuò regendi populum, ut eſt populus, quod jus alienari poteſt, ſicut cùm libertus uni libertorum aſſignatur, ut liberti ſit Patronus. Neque valet, quod objiciunt, Imperia, *Civium operâ* acquiri, cùm & ea privatis bonis, aut uſufructu regni poſſit fieri, & ideo ſic acquiſitum jure poſſideri abſoluto, ſicut exempla multa teſtantur.

§. 13. Aliter comparatum eſt cum regnis *voluntate populi delatis*. Neque obſtant *teſtamenta* de talibus, cùm ea non tam *alienationis*, quàm *commendationis* vim obtineant.

§. 14. Adeo autem ſummum imperium ab habendi ejus modo *differt*, ut etiam non ſumma imperia habeantur jure abſoluto, ut ex Comitatu & Marchionatu patet.

§. 15. Itemque ex *tutela* Regnorum, æque in regnis *non patrimonialibus* conſtituitur ex lege, aut conſenſu populi; in *patrimonialibus* ex voluntate patris aut propinquorum.

§. 16. *Tertio* ſciendum, manere ſummum imperium, licet imperans *promittat* quid etiam pertinens ad ipſum imperium, quod citra promiſſum non teneretur ſervare, ut liquet exemplo patrisfamilias & mariti. Nec quod contra promiſſum tale agitur, fit irritum, ob poteſtatem aliquam ſuperiorem, ſed ipſo jure. Et ſic

ſe

ſe habuit imperium Perſarum, Æthiopum, Ægyptiorum & ſimilium. Idem cenſendum de *pactis*, quibus additur pœna amiſſionis regni, niſi ſerventur.

§. 17. *Quartò* notandum, *dividi* nonnunquam ſummum imperium, ſive per partes *potentiales*, ſive *ſubjectivas*, ſicut Imperium Romanum diviſum fuit in Orient. & Occidentale. Fieri hoc autem non, cùm rex promittit, ſed cùm populus ſibi ſervat aliquid, & id regem poteſt cogere.

§. 18. Ita quoque non eſt intelligenda *partitio*, cùm rex *acta* ſua vult à populo probari, quoniam ſic improbata, improbantur non ex populi æqualitate, verùm voluntate regis.

§. 19. Nec in republ. *Rom.* temporibus Polybii partitio hujusmodi fuit.

§. 20. Verùm in hujusmodi regno fit, quale Ariſtotel. appellat *Principatum*, quale fuit regnum Hebræorum, Macedonum, Gothorum, Phæacum, Romanorum & ſimilium.

§. 21. Cæterùm hic quæri poteſt: An, qui alteri tenetur ad *reverentiam* ex fœdere inæquali, poſſit habere ſummum imperium; ut qui ſub *protectione* eſt alterius, aut comiter obſervare tenetur Metropolim? Proculus affirmat, docetq́ exemplum *clientum*, qui non deſinunt eſſe ſui juris. Neque obſtat, quod in tales ſtatuantur *pœnæ*. Nam aut *ſubditi* hujusmodi inferioris regis peccant contra fœdus, & tenetur eos dedere, aut damna reſarcire ipſo jure, ſicut quivis alius, quo cum fœdus nullum eſt. Aut *rex* ipſe



Digitized by Google

peccat, & tenetur ex *fœdere*, ad obſervandas ejus leges, quod eſt omnibus fœderibus commune. Aut peccant ejus *ſocii*, & tum tenetur ex *conventione*, qua fere arbitrium ejusmodi controverſiarum datur ei, qui authoritate eſt ſuperior. Etiam id non obſtat, quod *major* in tali fœdere dicatur imperare, cùm in rebus, ad *commune* bonum pertinentibus, etiam qui *æqualis* fœderis princeps eſt, ſingulis ſociorum imperat. In rebus, ad utilitatem *privatam* ſpectantibus, notat non tam jus, quàm vim & efficaciam poſtulationum, ſicut fere hinc jus conſequatur.

§. 22. Minus dubium eſt de eo, qui *tributum* pendet tantùm ad avertendas imminentes injurias, aut ſui tutelam.

§. 23. Etiam qui *feudo perſonali* alteri tenetur, eo ſummum imperium non amittit, quia hoc ſimile fœderi inæquali, quo alter alteri pollicetur operam. Sed nec qui *reali*, licet aut deficiente familia, aut ob delictum certum tale imperium amittatur, cùm aliud ſit res, aliud habendi ejus modus.

§. 24. Poſtremo diſtinguendum hic eſt *jus*, ab ejus *uſu*. Nam & *infans* habet jus, licet nequeat id exercere.

CAPUT

# CAPUT IV.

## De Bello Subditorum in Superiores.

I. Status quæſtionis.
II. Bellum in ſuperiores, quatales, ordinariè licitum non eſſe iure naturæ.
III. Nec conceſſum lege Hebræa.
IV. Minus etiam lege Evangelica: quod probatur ex ſacris literis.
V. Et factis Chriſtianorum veterum.
VI. Refellitur ſententia, ſtatuens, inferioribus magiſtratibus licitum eſſe bellum adverſus ſummam poteſtatem: idque rationibus & ſacris literis.
VII. Quid ſentiendum, ſi ſumma & alioqui inevitabilis ſit neceſſitas.
VIII. Jus belli dari poſſe in principem populi liberi.
IX. In regem, qui imperium abdicaverit.
X In regem, qui regnum alienet, ad impediendam traditionem tantùm.
XI. In regem, qui manifeſte totius populi hoſtem ſe ferat.
XII. In regem poſt amiſſum regnum ex lege commiſſoria.
XIII. In regem, qui partem duntaxat imperii habeat pro ea parte, quæ ipſius non ſit.
XIV. Si reſiſtendi libertas certis caſibus reſervata ſit.
XV. Invaſori alieni imperii quatenus parendum.
XVI. Invaſori alieni imperii vi reſiſti poſſe ex jure belli manentis.
XVII. Ex lege antecedente.
XVIII. Ex mandato jus imperandi habentis.



Digitized by Google

*XIX. Cur extra hos caſus id non liceat.*
*XX. In controverſo jure privatos ſibi judicium ſumere non debere.*

§. 1. Bellare iis licitum, qui ſummam habent poteſtatem, dixi, valetque non de ipſis tantùm, ſed & iis, qui ab his armantur. Num verò liceat *minoribus* adverſus ſuperiores, quæritur? Atque Imo quidem conſtat, non faciendum, quod ſuperiores contra naturale aut divinum jus præcipiunt, injuria tamen ex eo inlata ferenda potius, quàm vi repellenda.

§. 2. Nec obſtat, *naturâ* licere injuriam repellere, quia *pacis* & *ordinis* gratiâ id civitas reſtrinxit & ſervavit ſibi, naturale quoque erit Magiſtratui obedire.

§. 3. Idem lege *Hebræâ* ſtatutum, quæ Regi tribuit in cives iſtiusmodi, ut ei reſiſtere nefas ſit, quoquo modo ſeſe habeat.

§. 4. Adhuc minus licet talibus, lege *Evangelica* ut ex dicto Chriſti & Pauli de obedientia Magiſtratui præſtanda patet, non modo ratione officii noſtri, ſed & debiti erga DEUM, qui ordinem eum noſtro bono inſtituit, & eſt, ſi non ſingulorum, univerſitatis ſaltem, quod plerumque ex ordine eo ſequitur, ut propterea etiam ſinguli injurias ſibi factas ferre debeant.

§. 5. Et confirmant hoc *exempla* Chriſtianorum veterum, qui ſe nunquam ſociarunt ſeditioſis, etiam adverſus malos Imperatores, quales Domitianus, Commodus, Septimius Severus. Valentinus, Julianus fuêre.

§. 6.

§. 6. Pertinentque hæc non ad *privatos* modò, ſed *minores* quoque *Magiſtratus*, qui reſpectu ſummi ſunt privati, & quibus Paulus vult obediri aliter, quàm ſummis, nempe ſicut iis, qui à ſummo mittuntur. Neque unquam aliter fecêre minores Magiſtratus apud *Hebræos*, ac ne Idola quidem propria authoritate ſubverterunt. Neque obſtant verba *Trajani*, ad Præfectum Prætorio, cùm is ſtuduerit, ubique non Regem ſe, ſed Principem exhibere.

§. 7. Sed quid? Si graviſſimum imminet *periculum*, cùm non reſiſtitur? cùm leges etiam divinæ habeant exceptionem ſummæ neceſſitatis, & ii, qui coëuntes in ſocietatem civilem, primum quaſi fundamentum ejus ſtatuerunt hanc legem, non videantur voluiſſe imponere omnibus hoc onus, ut mori præoptare debeant, quàm ullo caſu reſiſtere imperanti. Neque obſtat *præceptum divinum*, quippe quod non inſtituit, ſed ab hominibus inventum approbavit Magiſtratum. Videtur ergo non parti *majori* populi tantùm, ſed & *minori* in ultimo diſcrimine, quando non deſerit publ. reſpectum, exceptionem adverſus hanc legem dari, idque *exemplis* Davidis adverſus Saulum, & Machabæorum adverſus Antiochum ſe defendentium patere. Quanquam & hoc caſu *perſona regis* ſit parcendum, ut quem maledictis etiam veris afficere non liceat. Dubitant tamen, an hoc *Chriſtianis* etiam ſit conceſſum. Et certè, ubi propter religionem petuntur, præter *fugam* nil conceſſum ipſis

 legi-

legimus, & ſic ſtatuerunt exemplisque ſuis confirmarunt Chriſtiani veteres.

§. 8. Poteſt tamen populus *punire* Regem, ſeu *ſubditum*, qualis fuit Spartanorum.

§. 9. Vel eum, qui ſe *abdicavit* regno, vel habuit pro derelicto.

§. 10. Vel cùm regnum, *electione* aut *ſucceſſione* ſibi traditum ſubjicere venit actu ipſo, non ſi jus ſuum ei tantùm det, quippe cùm hic actus nullus ſit & irritus.

§. 11. Vel cùm ſit *hoſtili* animo erga populum unum, ſi forte pluribus imperat; nam, ſi uni tantùm, fieri hoc poſſe vix videtur.

§. 12. Vel cùm *committit* id, quo commiſſo ſubditi expreſsè ſignificaverunt, ſe illi velle nullâ obedientiâ teneri.

§. 13. Vel cùm involat in *partem*, quam populus ſervavit ſibi, etiam cùm bellorum arbitrium ei eſt commiſſum, quia hoc de bellis externis intelligitur.

§. 14. Vel cum certus evenit *caſus*, quo ſibi populus libertatem naturalem ſervavit.

§. 15. *Invaſorem* quoque aggredi *licebit*, etiam privato, ſed non ſi longa poſſeſſione, aut facto mutavit cauſam injuſtæ poſſeſſionis. Nam & ante actus ejus imperii obligant non ex jure ipſius, ſed probabili voluntate eorum, ad quos jus verum pertinet.

§. 16. Sed, quamdiu bello injuſto jure gentium, *ſola vi* poſſidet.

§. 17.

Digitized by Google

§. 17. Aut *lex publica*, ante invaſionem lata, det jus occidenti invaſorem.

§. 18. Aut authoritatem tribuit is, qui jus imperandi habet, ut *Rex verus*, illiusve tutores, privato eum aggredi licebit.

§. 19. Aliàs *non licebit*; quia poteſt malle is, qui jus habet verum, Rempubl. ſic potiùs regi, quàm in ultimum *diſcrimen* adduci; neque ſinguli commune populi judicium ad ſe debent rapere, aut invitum à tyrannide liberare, quoniam ſeditioſa poteſt eſſe talis liberatio. Nec Aodis in Eglonem exemplum juvat, cùm is ſpeciale à DEO habuerit mandatum.

§. 20. Omnium autem minime eum aggredi licebit, cùm judicium eſt *controverſum*, quia tum longè rectiùs privatus poſſeſſionem ſequitur, eumque qui eam habet, tuetur.

# CAPUT V.

## Qui bellum licitè gerant.

*I. Belli cauſas effectrices alias eſſe principales in ſua re.*
*II. Aut in aliena.*
*III. Alias inſtrumentales, ut ſervos & ſubditos.*
*IV. Natura juren:minem à bello prohiberi.*

§. 1. Cauſa *efficiens* liciti belli principalis eſt quidem is, *cujus res* agitur; privati, privatus, publici, publica poteſtas.

§. 2. Aliquando tamen etiam is, qui *pro alio* rem agit, obligatus ad hoc ex officio cognationis, vicinitatis, civitatis, vel ſaltem humanitatis communis.

§. 3. *Inſtrumentalis* verò *ſervus* in privato, vel *ſubditus* in publico bello.

§. 4. Ac jure quidem naturali *omnis ſubditus* (licet LL. civiles alibi ſacerdotes, alibi alios excludant, quæ ipſæ tamen, ut aliæ hujusmodi, exceptionem habent *ultimæ neceſſitatis*,) bello adhiberi poteſt.

HVGO-

# HVGONIS GROTII DE JVRE BELLI ET PACIS LIBER II.

## CAPUT I.

## De belli cauſis, & primum de defenſione ſui & rerum.

*I. Cauſæ belli juſtificæ quæ dicantur.*

*II. Eas oriri ex defenſione, ex actione ejus, quod noſtrum eſt, aut nobis debetur, aut ex pœna.*

*III. Pro vita defendenda bellum eſſe licitum:*

*IV. Contra aggreſſorem ſolum:*

*V. In periculo præſente & certo, non opinabili:*

*VI. Item pro integritate membrorum:*

*VII. Maximè pro pudicitia.*

*VIII. Licite omitti defenſionem.*

*IX. Defenſionem illicitam eſſe interdum adverſus perſonam publice valde utilem, ob legem dilectionis.*

*X. Interfectionem Chriſtianis non eſſe licitam ad arcendam alapam, aut contumeliam ſimilem, aut ne fugiatur.*

*XI. Pro rebus defendendis interfectionem non eſſe illicitam jure naturæ*

*XII. Quatenus ea permiſſa ſit lege Moſis:*

*XIII. An & quatenus Evangelica lege permiſſa ſit.*



Digitized by Google

*XIV. An lex civilis interfici aliquem defenſionis cauſâ permittens jus det, an ſolam impunitatem, cum diſtinctione explicatur.*

*XV. Quando licita eſſe poſſit ſingularis dimicatio.*

*XVI. De defenſione in bello publico:*

*XVII. Eam non licitam ad imminuendam duntaxat potentiam vicini:*

*XVIII. Nec in eo, qui juſtam belli cauſam dedit.*

## §. I.

CAuſæ bellorum *juſtificæ*, diſtinctæ ab occaſionibus, veriſque cauſis, ſunt *injuriæ*, ſine quibus bellum, licet ob ſolennitates quaſdam poſſit habere juris aliquos effectus, internâ tamen juſtitiâ eſt deſtitutum.

§. 2. Oriuntur autem bella ob *injurias*, vel *non factas*, vel *factas*. Priori modo ne fiant, quod vocatur *defenſio*: Poſteriori modo, quia factæ ſunt, quod vocatur *reparatio vel pœna*. *Illa* eſt, cum vindicamus quæ noſtra ſunt, aut nobis ex quacunque cauſa debentur. *Hæc*, cùm ob merita quem punimus.

§. 3. Ac *defenſio* quidem oritur juſta, etiam cum cæde adverſarii, ſi vita mea patitur, non quia injuſtè facit, qui petit, ſed quia natura quemque ſibi ad conſervationem ſui commendat.

§. 4. Unde ſi naturam ſpectamus, facere hoc licet, etiam per cædem *tertii* innocentis, qui facere nos impedit. At ſi legem Evangelicam, non licet. Porrò in defenſione tali cædes propriè

non

non committitur, quia primariò hoc non agitur ab eo, qui ſe defendit.

§. 5. Debet autem periculum vitæ *præſens* eſſe, non qualiscunque metus, qualis cauſa ferè multarum injuriarum. Idque periculum, ſi certò apparet, poterit occupari. Sin minus, & evadi aliter poteſt, cædes licita non erit.

§. 6. Idem valet, ſi periculum *mutilationis* imminet.

§. 7. Aut *pudicitiæ*, quam lex divina humanaque vitæ æquiparat.

§. 8. *Licitum* tamen etiam *omittere* defenſionem iſtiusmodi, exceptis iis, quorum eſt officium, vim ab aliis arcere.

§. 9. *Illicitum* autem exercere contra eum, etiam jure naturali, cujus vita *multis utilis*, ut Principem, quia non deſinit eſſe Princeps tali facto, cùm imperia non amittantur delinquendo, nec utilitas publica ceſſat, quæ in parte labefactatur. Contraque charitatis communis lex requirat, ut noſtro unius bono multorum aliorum præferamus.

§. 10. *Num & , ut evitetur alapa, vel quid ſimile, talis defenſio erit licita?* Erit juſtitiâ explectrice, quia qui injuriam intendit, dat jus adverſus ſe, id quoquo modo evitandi; etiam lege charitatis; non verò Evangelii, quam obſervare præcipit hic etiam natura. Nec obſtat, quod de jactura *honoris* tali facto objiciunt, cùm is tali modo potius augeatur, licet aliter judicent perverſi homines, quorum judicia naturam re-

rum

rum non immutant. Idem cenſendum adverſus eos, qui *nobilem*, ne videatur fugere, lege divina putant poſſe interficere aggreſſorem, etiam cùm periculum non ſit inevitabile.

§. 11. Oritur quoque defenſio juſta, etiam cum cæde adverſarii, ſi *res* noſtræ petuntur, quando eas aliter recuperare non poſſumus, idque ex jure naturæ, & juſtitia expletrice. Nec aliud præcipit charitas, niſi in rebus, quæ merentur contemni.

§. 12. Lex *Hebræa* tamen, Sölonis & *XII. tabl.* diſtingvunt inter *furem nocturnum* & *diurnum*, quia rerum causâ directè nolunt aliquem interfici, niſi conſtet, eum liberare ſe à perſecutione voluiſſe per cædem proſequentis, quod in ſolo fure nocturno absque teſtibus poteſt præſumi, qui propterea ſolus ſine crimine homicidii videtur interfici. In cæteris præcipiunt hæ LL. quod non quidem imperat, ſvadet tamen charitas.

§. 13. At Lex *Evangelii* minimè vult occidi, rerum cauſa etiam precioſiſſimarum, niſi tales ſint, à quibus vita pendeat noſtra, & noſtrorum, quæque judicio recuperari nequeunt. Atque ita ſtatuerunt Chriſtiani veteres, licet uſu aliud hodie obtineat.

§. 14. Ubi tamen notandum, quod cùm Lex *civilis* interficere permittit, facto jus non det, verùm impunitatem ſolam; quia jus ad cædem dare nequit, niſi ex certis delictis Lege Moſaica definitis, eisve ſimilibus, nec ad cædem à privato

vato inferendam, niſi in atrociſſimis criminibus.

§. 15. Patet autem ex his etiam de *duello*, nimirum ſuſcipi tantum ſine peccato, ſi quis alias eſt occiſurus, poteſtatem ejus facit, aut Magiſtratus duos mortem commeritos inter ſe committit, licet Magiſtratus ipſe in hoc minus rectè faciat.

§. 16. Defenſionis jus in bello *publico* ſimile de cætero prædicto, diuturnius tantum eſt, & cum defenſione conjunctam habet ultionem, unde prævenire in eo licet vim, etiam non præſentem, ulciſcendo delictum cœptum.

§. 17. Non verò ad *imminuendam* potentiam creſcentem, quod ut utile ſit, ſolum tamen bellum juſtum facere nequit, cùm jus ad vim non oriatur ex eo, quia vim quis poteſt pati.

§. 18. Defenſio aliorum autem tùm injuſta eſt, cùm juſto petuntur bello. Nec obſtat, poſſe *juſto plus* puniri, quia ſatisfacere prius debent arbitratu viri boni. Quod ſi ultra petuntur, juſta ſumere poſſunt arma.

## CAPUT II.

## De his, quæ hominibus communiter competunt.

*I. Ejus, quod noſtrum eſt, diviſio.*

*II. Proprietatis exordium & progreſſus.*

*III. Quædam propria fieri non poſſe, ut mare ſum-*

tum pro ſuo integro aut præcipuis partibus, & quare.
IV. Sola non occupata cedere ſingulis occupantibus, niſi per univerſitatem à populo occupata ſint.
V. Feras, piſces, aves cedere occupanti, niſi lex obſtet.
VI. In res proprias factas jus hominibus competere eis utendi in tempore neceſſitatis, & unde id veniat.
VII. Obtinere id, niſi neceſſitas aliter ſit vitabilis.
VIII. Niſi par ſit neceſſitas in poſſidente.
IX. Adjunctum eſſe onus reſtituendi rem cum reſtitui poterit.
X. Exemplum hujus juris in bellis.
XI. In res proprias factas jus hominibus competere ad utilitatem, quæ nihil alteri decedit.
XII. Hinc jus in aquam profluentem.
XIII. Jus transeundi terra & amnibus, quod explicatur.
XIV. An mercibus transeuntibus vectigal poſſit imponi.
XV. Jus morandi ad tempus.
XVI. Jus habitandi his competens, qui ſedibus ſuis expulſi ſunt, ſub imperio, quod reperitur.
XVII. Jus habendi loca deſerta: quod quomodo intelligendum.
XVIII. Jus ad actus quos vita humana deſiderat.
XIX. Ut ad emenda neceſſaria.
XX. Non etiam ad res ſuas vendendas.
XXI. Ad quærenda matrimonia: quod explicatur.
XXII. Jus ea faciendi, quæ promiſcue extraneis permittuntur.
XXIII. Quod intelligendum, ſi quid permittatur quaſi ex jure naturali,

*rali, non ut ex beneficio.*
*XXIV. An licitus ſit contractus cum populo, ut is fruges ſuas iis, quibuscum jam contraxit, non aliis vendat.*

§. 1. Reparatio oritur, cùm injuria fit adverſus id, quod noſtrum eſt. *Noſtra* ſunt jure vel communi, vel ſingulari. Commune jus eſt vel in rem corporalem vel ad *actus*. *Res* corporales ſunt vel vacuæ vel propriæ. Vacuæ vel poſſunt fieri propriæ, vel non poſſunt.

§. 2. Ac initio quidem erant omnia *communia*, habebantque ſinguli jus ſumendi tantum ex ea communitate, quantum ipſis erat neceſſe, quale quid, una cum ſimplicitate & charitate priſca etiam poſt retinuerunt Americani quidam, Eſſeni, Chriſtiani primi. Deinde ortæ *artes* ſtudiaque diverſa, ex quibus æmulationes, & voluptates, & ambitio, unde diſcordia, quæ primum terras diviſit in gentes. Mox privati aucto *numero pecudum*, gentium terras diviſère in familias, fontibus puteisque neceſſariis etiam occupatis. Unde liquet, proprietates ortas non ex *actu* quodam animi, ſed vel *pacto* expreſſo in diviſione, vel tacito in occupatione.

§. 3 Ex quo ſequitur, falſum eſſe, quod de proprietate *maris* tradunt. Primò, quia nullæ cauſæ ſunt, ob quas ceſſare in eo debeat naturalis communitas, non magis, quàm in aëre aut ſyrtibus. Deinde, quia quæ occupanda ſunt, debent terminari, mare autem terminatum non eſt, cùm non includatur terrâ, ſed ipſum potius

terram

Digitized by Google

terram, includat. Neque fingi poteſt diviſum per tacitam conventionem, cùm ignotum fuerit initio, qualia non diviſa poſtea ſolâ occupatione tranſeunt in proprietatem.

§. 4. Hujusmodi ſunt loca *inculta*, *feræ*, *piſces*, *aves*. Sed notandum, 1. duplicem eſſe *occupationem*, unam per *univerſitatem*, quæ fit per populum; alteram per *fundos*, quæ fit à ſingulis; & illam ſæpe eſſe, ubi hæc non eſt, ut in fluminibus, ſtagnis & ejusmodi.

§. 5. Deinde occupationem *ferarum* & ſimilium poſſe impediri ab eo, qui imperium habet in terras, tenerique hac lege etiam exteros, qui publicæ quietis causâ debent ſe accommodare inſtitutis populi, in quo degunt. Libertatem quoque venationum, de qua jus Romanum agit, eam demum intelligi, cùm nulla lex civilis obſtat, quæ libertatem naturalem impedire poteſt, & dominium acquirendum antevertere.

§. 6. Habet etiam proprietas acquiſita ſuas obſervationes, ut: quod in *ſumma neceſſitate* ceſſet, reviviſcente naturali communione; nec vim faciat, aut furtum committat, qui eo caſu rebus, ut communibus, utatur.

§. 7. Ubi tamen cavendum, ne fiat, niſi ubi *alia* ratione ſubveniri neceſſitati nequeat.

§. 8. Deinde, ne permittatur, cùm poſſeſſor eſt in *pari* neceſſitate.

§. 9. Denique, ut ſi poſſint, *reſtituantur* ablata, cùm jus utendi talibus reſtrictum ad id videatur.

§. 10.

Digitized by Google

§. 10. Patet autem hinc, *occupari locum in pacato* nefas eſſe, niſi periculum ab hoſte aliter evitari nequeat, fiatque eo animo, ut ceſſante neceſſitate reſtituatur.

§. 11. Altera proprietatis acquiſitæ obſervatio eſt, quòd ceſſet, cùm poteſt utilis eſſe *aliis*, ſic ut proprietario per id nihil decedat.

§. 12. Sic *flumen* à populo occupatum, commune eſt ad potum.

§. 13. Et terræ mariſque pars propria facta, communis ad *tranſitum* ob juſtas cauſas, qui tranſitus tamen priùs poſtulandus. Neque denegari poteſt ob *metum*, qui jus alterius non tollit, & declinari poteſt, ſi *inermes*, datiſque *obſidibus*, transmittantur. Pertinet hoc & ad *merces*, etiamſi ex eo lucri quid decedat illi, cujus regionem tranſeunt, cùm hoc pro damno nequeat haberi.

§. 14. Nec *vectigalia* fas eſt imponi, niſi ob ſecuritatem eis præſtitam, aut commoda præſertim oneroſa.

§. 15. Pertinet huc quoque jus *morandi* ad tempus ex juſta cauſa, * & ponendæ momentaneæ caſæ.

§. 16. Etiam *habitatio* perpetua expulſis alicubi debetur, ſi Imperium conſtitutum ſubeant, & id agant, quo ſeditiones evitantur.

§. 17. Quin & locus, ſi quis ſupereſt, *deſertus*, i.e. talis, qui omninò non colitur.

§. 18. Commune jus ad *actus* datur vel ſimpliciter, vel ex ſuppoſitione. *Simpliciter* ad eos,

ſine quibus vita commodè duci nequit.

§. 19. Sic *emere* neceſſaria, jus commune omnibus, niſi poſſidens ipſe illa re indigeat, quæ emenda.

§. 20. At non *vendere*, quia liberum eſſe cuique debet, acquirere quid, vel non.

§. 21. Item *ducere uxores*, commune jus, quod negari nequit indigentibus. Quod ſi peregrinis negatum, factum id vel ob copiam mulierum apud alios, aut ad certum genus matrimonii ac legitimum pertinuit.

§. 22. Ex *ſuppoſitione* datur, ſi communiter quibusvis permittitur; tunc tamen unus populus ſine injuria excludi non poteſt, niſi delictum præceſſerit.

§. 23. *Permiſſio* autem intelligitur eorum, quæ debentur ex *jure naturali* non eorum, quæ dantur per *beneficium*, ex relaxatione legis ſpecialis.

§. 24. *Pactum* interim cum alio populo de non, niſi ſibi, *vendendis certis mercibus* non illicitum, ſi qui emunt, vendere velint aliis juſto pretio, neq; nefas lucrum alteri prævertere, licet LL. civiles fere prohibeant.

## CAPUT III.

### De *acquiſitione originaria* rerum, ubi de *mari* & *fluminibus*.

I. Ori-

I. *Originariam acquiſitionem fieri per diviſionem aut occupationem.*
II. *Rejiciuntur hic alii modi, ut conceſſio juris incorporalis.*
III. *Item ſpecificatio.*
IV. *Occupatio duplex, ad imperium, ad dominium: quæ diſtinctio explicatur.*
V. *Occupationem mobilium lege poſſe anteverti.*
VI. *Quo jure nitatur dominium infantium & amentium.*
VII. *Flumina occupari poſſe.*
VIII. *An & mare.*
IX. *Olim in partibus Romani Imperii id non licuiſſe:*
X. *Natura tamen jus non obſtare in parte maris, quæ terris quaſi clauſa ſit.*
XI. *Quomodo talis occupatio fiat, & quamdiu duret.*
XII. *Talem occupationem jus non dare impediendi tranſitus innoxii.*
XIII. *Imperium in partem maris occupari poſſe, & quomodo.*
XIV. *Vectigal navigantibus mari ex certis cauſis imponi poſſe.*
XV. *De pactionibus, quæ populum aliquem ultra certos terminos vetant navigare.*
XVI. *Fluminis curſus mutatus an territorium immutet, cum diſtinctione explicatur.*
XVII. *Quid ſentiendum, ſi alveus planè mutatus ſit?*
XVIII. *Flumen interdum totum accedere territorio.*
XIX. *Res derelictas occupanti cedere, niſi populus dominium quoddam generale occupaverit.*

§. I. S*Ingulari* jure noſtra ſunt, quæ acquiſivimus. *Acquiſitio* autem vel *originaria*

 eſt,

eſt, vel *derivativa*. *Illa* ab initio fiebat etiam per *diviſionem*, nunc per ſolam *occupationem*.

§. 2. Non per *conceſſionem ſervitutis*, aut *conſtitutionem pignoris*, cùm hoc inſit in dominio.

§. 3. Sed nec per *ſpecificationem*, quæ pendet è materia, eâque vel *noſtrâ*; nam tum continuat dominium; vel *alienâ*, nam tum id in partes dividit.

§. 4. Occupantur autem duo, *Imperium* & *dominium*. Illius *ſubjectum primarium* ſunt perſonæ, *ſecundarium* loca, id eſt territorium. Poteſt autem dominium rei aliquando competere *extraneis*, cùm imperium illius maneat penes *cives*.

§. 5. *Occupatio* quoq; rerum mobilium poteſt *anteverti* lege *civili*, quia jus *naturale* non illud præcipit; nec conſtituit jus *gentium*, quod vim habet pacti, ſed quod eſt *civile* cujusque.

§. 6. *Dominium* autem jure *naturali* ſolum illi competit, qui utitur ratione; jure *gentium* etiam aliis, ſed ut habeant, non ut eo utantur, unde neque alienare poſſunt.

§. 7. Occupari primò potuerunt olim *flumina*, quia maxima parte includuntur terrâ.

§. 8. Occupari potuit & *mare*, ubi terrâ includitur maxima ſui parte, etiam à privatis.

§. 9. Quod olim in imperio *Rom.* non licuit, ne quoad *piſcationem* quidem, ſed commune fuit omnibus populis, ut ne *littus* quidem potuerit ad *ædificium* perpetuum occupari.

§. 10. Sed id factum non ex ratione *naturali*,

quia

Digitized by Google

quia etiam in flumine publico privatum jus piſcandi poteſt occupari in diverticulo, & mare in fundum admiſſum fit privatum, non repugnante *jure naturæ*; Commune autem erit mare, ubi jus gentium occupationem ejus prohibuit.

§. 11. *Maris* autem occupatio fit *actu externo*, quo poteſt intelligi, deſinitque diſertâ poſſeſſione.

§. 12. *Tranſitus* tamen *maris* innoxius impediri nequit, quemadmodum nec *terra*.

§. 13. Faciliùs adhuc occupari imperium ſolum, ſine dominio, poteſt in *partem maris*, ut exempla docent; fitque ratione *perſonarum*, ſi claſſe habeatur; ratione *loci*, ſi à terra, qui id navigant, cogi poſſunt.

§. 14. Cui tali mari licebit *vectigal* ſumere pro ignibus nocturnis, ſignis brevium, ſecuritate vel utilitate alia præſtita navigantibus.

§. 15. *Fœdera*, quibus convenitur, ne hic populus ultra hunc *terminum* naviget, occupationem maris non docent, ſed omiſſionem ejus juris, quod quis commune habuit cum aliis, quam ſervare bona fides contractûs jubet.

§. 16. *Flumina* quoque mutata non omnia mutant imperia ſive territoria, ſed tantum in *arcifiniis*, ubi ſic videntur occupata, ut *medietate* ſuâ imperia diſtinguant.

§. 17. Quod ſi *totus alveus* fuerit mutatus, imperii fines erunt in *veteri* alveo, ad quem, ſicut ad flumen, pertinentes agri in dubio arcifinii erunt cenſendi.



Digitized by Google

§. 18. Aliquando tamen flumen *totum* pertinet ad *unam* partem, alterâ ſc. ſerius occupatâ.

§ 19. Acquiruntur quoque res *derelicta*, niſi, præter imperium, etiam *dominium* ſibi *generale* populus in talia ſervavit, quod deinde in privatos diſtribueret, dependens à prædicto jure *peculiari* quodam, ſimili *feudali*.

## CAPUT IV.

### De *derelictione* præſumta, & eam ſecuta *occupatione*: & quid ab *uſucapione* & *præſcriptione* differat.

*I. Uſucapio aut præſcriptio proprie dicta, cur locum non habeat inter populos diverſos, eorumque rectores.*

*II. Solere tamen & inter hos allegari longævias poſſeſſiones:*

*III. Cauſa inquiritur, ex conjecturis humanæ voluntatis: quæ petuntur non ex verbis tantum:*

*IV. Sed & ex factis:*

*V. Et ex non factis.*

*VI. Quomodo tempus adjunctum non poſſeſſioni & ſilentio ad conjecturam juris derelicti valeat.*

*VII. Ordinariè ad talem conjecturam ſufficere tempus memoriam excedens, & quale hoc ſit.*

*VIII. Solutio objectionis, neminem præſumendum ſuum jactare.*

*IX. Videri etiam ſepoſita conjectura, jure gentium ex immemoriali poſ-*

*poſſeſſione dominium transferri.*

X. *An nondum natis jus auferri hoc modo poſſit.*

XI. *Etiam ſummæ poteſtatis jus aut populo aut regi acquiri longæva poſſeſſione.*

XII. *An leges civiles de uſucapione & præſcriptione teneant eum, qui ſummam poteſtatem habet, cum diſtinctionibus explicatur.*

XIII. *Ea jura, quæ ſeparabiliter aut communicabiliter adhærent ſummo imperio, uſucapione aut præſcriptione quæri & amitti.*

XIV. *Refellitur ſententia, ſtatuens, ſemper ſubditis licere ſe vindicare in libertatem.*

XV. *Quæ mera ſunt facultatis nullo tempore amitti: quod explicatur.*

§. 1. D*Erelictio* autem & ex ea *uſucapiendi* jus locum habere inter diverſos populos, eorumve ſingulos rectores, quia totum dependet à *tempore*, non videtur, niſi quatenus res vel actus teneatur territorii legibus.

§. 2. Exſtat tamen allegatum à *Jephte*, *Laconibus*, *Philippo* & aliis.

§. 3. Et certè poteſt animus certis *ſignis* derelictionem indicare, quod factum pro vero habetur contra indicantem, ut cùm id *verbis* fit expreſſis.

§. 4. Item per *abjectionem*, niſi animo repetendi, factam, evidentemve ex circumſtantiis *conjecturam*, veluti per contractum cum poſſidente, ut domino, aut per *conceſſionem* ejus, quod, niſi derelicto jure, fieri non poteſt.

§. 5. Item cùm *non contradicitur*, niſi metus aut alius caſus impediat; cùm *ſpes recuperandi* abjicitur; cùm ab alio poſſideri *ſcitur* nec repetitur; cùm *conſuetudo* populi ab imperante toleratur. *Silentium* autem in talibus debet eſſe *ſcientis & volentis liberè*.

§. 6. Ad quod ſufficienter judicandum valet *tempus*, quo & ſciri, & metus excuti animo, aut remedia adverſus eum adhiberi, & ſic contraria voluntas indicari queat.

§. 7. Tempus tale ſufficit, ſi *memoriam excedat*, niſi validæ ſint rationes in contrarium; quale intelligitur *trium ætatum*, propria, patris & avi, vel annorum circiter *centum*.

§. 8. Quanquam verò de nemine præſumendum ſua jactare, tamen nec ſperandum, velle quenquam, non derelinquendo ſuum, perpetuo in *peccato* verſari alios. Adde, quod imperia magnis ſæpe oneribus & periculis ſint gravata, nec laudabiliter facerent, qui cùm ſumma jactura ſangvinis innocentis cum aliis diſceptarent, quis hujus populi rem curaret. Denique intereſt ſocietatis, imperia tandem *extra controverſiam* conſtitui.

§. 9. Ob quod poſtremum talis præſumptio in poſſeſſione non interrupta, *juris gentium* eſſe videtur.

§. 10. *Nondum natis* per præſumtionem talem jus propriè, quia jus non habent, non aufertur, ſed non conſeqvuntur jus, quod parentes & populus tacendo amiſerunt, jure *naturali*. Nam

civili

*civili* poteſt fieri, ut lex ſuſtineat eorum perſonam, & occupationem talem impediat.

§. 11. Poteſt ergo *Regi* aut *populo* adverſus alium jus hoc modo acquiri, velut ex nova cauſa, imò Rex populo ſubjici, aut Princeps Rex fieri abſolutus.

§. 12. Neque tamen leges civiles de uſucapione aut præſcriptione valent adverſus eum, qui *ſummum* habet *imperium*, ad id acquirendum amittendumve, quia per modum legis nemo ſe obligat ipſum *directè*. Nec hoc *indirectè* poteſt fieri, quia legis auctor hic conſideratur, non ut pars, ſed integrum. Neque voluiſſe videntur LLatores imperium, quod eſt longe præſtantius, æquare aliis rebus, quando de earum derelictione agunt.

§. 13. Ea verò jura, quæ *ſeparari* poſſunt à ſummo imperio, aut cum aliis communicari, legibus talibus ſunt ſubjecta, ut, ne poſſit ab aliquo provocari, niſi fortè per ſupplicationem.

§. 14. Nec etiam *ſubditis* ſemper licitum, ſe vindicare in libertatem civilem, quia & vi parta imperia, ex voluntate tacitâ ſubditorum, fiunt juſta, & voluntas olim libera poteſt dare jus, ut deinde non ſit libera.

§. 15. *Jura*, quæ ſolùm ubi *commodum*, exercentur, aut libertati inſunt potius, quàm adverſantur, non amittuntur, niſi expreſſa prohibitio, vel coactio intervenerit, eique cum conſenſu paritum fuerit.



Digitized by Google

# CAPUT V.

## De acquiſitione originariâ juris in *perſonas*: ubi de jure *parentum*: de *matrimoniis*: de *collegiis*: de jure in *ſubditos*: *ſervos*.

*I. De jure parentum in liberos:*
*II. Diſtinctio temporis infantiæ: & ibi de infantium dominio in res:*
*III. Temporis extra infantiam in familia:*
*IV. Ibi de jure coercendi liberos:*
*V. De jure vendendi liberos:*
*VI. Temporis extra infantiam & familiam.*
*VII. Diſtinctio poteſtatis parentum naturalis & civilis.*
*VIII. De jure mariti in uxorem.*
*IX. Inſolubilitas & adſtrictio ad unam uxorem an ſint neceſſaria ad matrimonium ex lege naturæ, an tantùm ex lege Evangelica.*
*X. Jure naturæ ſolo irrita non eſſe connubia ob defectum conſenſus parentum.*
*XI. Ex lege Evangelica irrita eſſe connubia cum alieno viro & uxore.*
*XII. Illicita & irrita eſſe jure naturæ connubia parentum cum liberis.*
*XIII. Connubia fratrum cum ſororibus, item novercæ cum privigno, & ſoceri cum nuru, ac ſimilia illicita & irrita eſſe jure divino voluntario.*

XIV.

XIV. *Non idem videri de connubiis cum propinquis ulterioris gradus.*

XV. *Poſſe eſſe quædam connubia & licita, quæ à legibus appellentur nomine concubinatus.*

XVI. *Poſſe quædam connubia illicita contrahi, & tamen rata eſſe.*

XVII. *Jus majoris partis in quibusvis ſocietatibus.*

XVIII. *Pari numero quæ ſententia prævaleat.*

XIX. *Quæ ſententia dividenda aut conjungenda.*

XX. *Abſentium jus præſentibus accreſcere.*

XXI. *Ordo quis inter pares, etiam reges.*

XXII. *In ſocietatibus, quæ fundamentum habent in re, ſententias æſtimandas ſecundum partes quas quisque habet in re.*

XXIII. *Jus civitatis in ſubditos.*

XXIV. *An civibus à civitate diſcedere liceat, per diſtinctionem explicatur.*

XXV. *Jus civitati nullum in exſules.*

XXVI. *Jus ex conſenſu in filium adoptatum.*

XXVII. *Jus in ſervos:*

XXVIII. *Quatenus in hoc jure dicatur ineſſe jus vitæ ac necis.*

XXIX. *Quid ex jure naturæ ſtatuendum de his, qui ex ſervis naſcuntur.*

XXX. *Servitutis diverſa genera.*

XXXI. *Jus ex conſenſu in populum qui ſe ſubjicit.*

XXXII. *Jus ex delicto in perſonam.*

§. I. JUs originarium in perſonas eſt *a.* ex *generatione* in liberos, utriq́ue parentum, ſed ita, ut pater præferatur.

§. 2. Notandum autem, tempore *imperfecti* in liberis judicii, omnes eorum actiones ſubeſſe demi-

dominio parentum, & nihilominus competere ipſis jus dominii in res, ex jure gentium, licet ſine exercitio, civilique jure tantùm res liberorum acquiri parentibus. Ex quo jure ſunt etiam diſcrimina inter Parentes (*liberos*) emancipatos aut non emancipatos, naturales & legitimos.

§. 3. Tempore verò *perfecti* judicii, quamdiu adhuc ſunt in familia, eas tantùm actiones ſubeſſe, quæ ſpectant *ad familiam*. Ac licet in cæteris quoque pietas exigat, ut ſtudeant parentibus placere, tamen ſi contra faciant, id non eſt irritum.

§. 4. Etiam utroque iſto tempore *jus regendi & coercendi* liberos parentibus competit.

§. 5. Poſſunt tamen Parentes, etſi jus prædictum neqveant transferre in alios, naturali jure *oppignorare aut vendere* liberos, ſi alere non poſſint.

§. 6. At verò eo tempore, quo *ex familia* quoque exceſſerunt, in omnibus ſunt *ſui juris*, manente debito *pietatis*.

§. 7. Cætera in liberos jura ſunt *civilia*, ut apud *Hebræos*, ad diſſolvenda vota liberorum, apud *Romanos*, ne ſint Domini ſuorum bonorum.

§. 8. *β*. Alterum jus originarium eſt ex *conſenſu*, fitque vel per *conſociationem*, vel *ſubjectionem*. *Illud* eſt in *Matrimonio*, haberque *maritus* in uxorem, in rebus omnibus ad conjugium & familiam pertinentibus, non aliis, niſi ex jure civili. Nam *Conjugium* naturaliter talis eſt cohabitatio,

habitatio, quæ uxorem conſtituit quaſi ſub cuſtodia mariti, fide ſibi obligatam.

§. 9. Itaque & *naturali* jure *plures* licet ducere uxores, easque *repudiare*. At lege *Evangelicâ* ne repudiare quidem licet, niſi *adulteram*, quippe quæ etiam uxori dat jus in corpus mariti. Nec obſtat *prima inſtitutio* matrimonii, ut quâ non, quid ſimpliciter juſtum, ſed DEO gratiſſimum ſit, tantùm oſtendatur. Itaque etiam pleræque gentes in pluralitatem uxorum conſenſerunt.

§. 10. Conjugium naturali jure *ratum* facit *facultas & voluntas ſufficiens ad gignendum*, ad quam facultatem naturaliter non pertinet *conſenſus parentum*, licet eum pietas requirat, ita ut ſi ille abſit, actus irritus non reddatur, ſicut *Eſavi* exemplo liquet.

§. 11. Fit autem *irritum* lege naturæ, ſi cùm ea, quæ eſt *alterius* conjunx, contrahatur; Lege Evangelii etiam cum eo, qui eſt alterius *maritus*.

§. 12. Cur autem *ſanguinis conjunctio* matrimonia quædam impediat, certa dari ratio non poteſt. In *parentibus* ſanè ac *liberis* cujuscunq; gradus apparet, eam *reverentiam* per id cedere, quam exigit natura, *pudoremq́;* violari, quem inſtituit humanitas, quin imò ipſum fugere naturalem affectum.

§. 13. In *gradibus affinitatis* Moſaicâ lege prohibitis, obſervanda lex videtur DEI, prohibens talia matrimonia *omnibus* hominibus, quales Leges à Chriſto non videntur abrogatæ, docetque

Pau-

Paulus invehens in matrimonium cum noverca. Hebræi prohibita putant vel ob *naturalem verecundiam*, vel ne ſi nuptiæ tales licitæ eſſent, quotidiana inde ob *frequentiam convictus* orirentur ſtupra.

§. 14. Aliter ſe res habet in *gradibus* cæteris, ut cum *filia fratris*, *ſorore mortua uxoris*, & ſimilibus, quæ matrimonia, cùm Chriſtiani prohibuerint verecundiæ majoris gratiâ, irrita non fiunt, niſi lex peculiaris hoc ſtatuat.

§. 15. Eſt & *concubinatus* quidam licitus, verumque matrimonium exiſtit, etſi deſtitutum quibusdam effectibus impedimenta legis civilis, ut inter liberum & ancillam, civem & peregrinam, Senatorem & libertam, nec impedit Lex Evangelica.

§. 16. Sed & ſi lege Civili *prohibita* matrimonia contrahantur, *irrita* ea non ſunt, quia ſola prohibitio *pœnam* inducit, factum irritum non reddit, niſi additum ſit in lege.

§. 17. Eſt & aliud jus per *conſociationem*, cum ſociantur partes, quod habet pars *major* in minorem ſingulosve, niſi lex aut pactum obſtet.

§. 18. Ubi partes ſunt *æquales*, nihil agitur, manetque res, ut fuit ante ortam controverſiam.

§. 19. In *diverſis* ſententiis quoque naturaliter ſociantur, quorum altera partem alterius continet, non quæ totis rebus differunt.

§. 20. Etiam jus *abſentium* adſociatur præſentibus.

§. 21.

§. 21. Inter *pares* naturali jure, ordo, is, quo venerunt in ſocietatem.

§. 22. Niſi res ſit talis, in qua *non æqualiter participant*, quo caſu non ordo modo, ſed ſententiarum modus prævalere illius debet, qui plus participat.

§. 23. Aliud jus eſt per conſociationem familiarum in civitatem, eſtque *civitatis* totius in partes,

§. 24. Quo jure licet civitas uti posſit in *diſcedentes gregatim*, nihilominus *ſingulis* diſcedendi veniam negare non poteſt, niſi civitatis *interſit* non fieri, ut cum *ære alieno* gravata eſt, vel *periculum* imminet ab hoſte.

§. 25. Sed nec in *exules*, uti eo jure poteſt; aliud jus eſt per conſociationem populorum in commune fœdus, de quo alibi.

§. 26. Jus originarium *ex conſenſu per ſubjectionem*, eſt ex ſubjectione *vel privata*, ut per *adrogationem*, quæ tamen jus poteſtatis patriæ non transfert plane in alium.

§. 27. Item *per deditionem in ſervitutem perfectam*; quæ nihil aliud continet, quàm perpetuum debitum operarum pro alimentis & aliis vitæ neceſſariis.

§. 28. *Jus* verò *vitæ ac necis* non dat naturaliter, etſi jus civile alicubi cædibus ſervitiorum dat impunitatem.

§. 29. At in iis, qui *in ſervitute naſcuntur*, res ſe aliter habet, nam niſi ob neceſſitatem *alimentorum* dentur à parentibus, jus dominii habent

in

in eos, non ex conſenſu, ſed pro præſtitis vitæ neceſſariis diu ante, quàm pro iis exhibere poſſent operas, niſi reddere ea forte valeant. Quod ſi Domini *ſævitia* ſit immanis, *fugere* licebit, ne Apoſtolo quidem invito, qui adverſus eos ſolùm agit, qui ſervitutem omnem negabant.

§. 30. Eſt & *imperfecta ſervitus* in diem, aut ſub conditione, ut libertorum, glebæ adſcriptorum, mercenariorum.

§. 31. Ex *ſubjectione* verò *publica*, cùm populus ſe alii, uni aut pluribus dedit; eſtque hæc ſubjectio vel plena perfectaque, vel minus.

§. 32. Eſt & jus ex ſubjectione *ſine conſenſu* per *delictum*, quo quis meruit libertatem amittere, & redigi in ſervitutem; non privati ſolùm alicujus, ſed totius populi, qualis *perpetua* eſt ſervitus, cùm illa ſit *perſonalis*, utraque interim *perfecta*, vel *imperfecta* pro modo delicti.

# CAPUT VI.

## De acquiſitione *derivativa facto hominis*, ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.

*I. Ut alienatio fiat, quid requiratur in dante:*
*II. Quid in accipiente.*
*III. Imperia alienari poſſe interdum à rege, interdum à populo.*
*IV. Imperium in partem populi alienari parte invita à populo non poſſe.*
*V. Nec ipſam partem in ſe impe-*

*imperium poſſe alienare, niſi in ſumma neceſſitate.*

*VI. Cauſa diverſitatis.*

*VII. Imperium in locum poſſe alienari.*

*VIII. Rejicitur ſententia, ſtatuens, ob utilitatem aut neceſſitatem, rectè à rege imperii partes alienari.*

*IX. Infeudationem & oppignorationem ſub alienatione contineri.*

*X. Etiam ad alienandas juriſdictiones minores requiri populi conſenſum, aut ſpecialem, aut per conſuetudinem.*

*XI. Patrimonium populi à regibus alienari non poſſe.*

*XII. Diſtinguendas res, quæ in fructu ſunt patrimonii, à rebus patrimonii.*

*XIII. Partes patrimonii oppignorari à regibus quatenus poſſint, & cur?*

*XIV. Teſtamentum alienationis eſſe ſpeciem & iuris naturalis.*

§. 1. SEquitur *acquiſitio derivativa*, quâ noſtrum aliquid fit, aut *facto* hominis, aut *legis*. *Illo* modo, ſi *Dominus dominium rei ad nos* transfert, quod fit, cùm Dominus voluntatem ſuam certis ſignis exponit, etiamſi non tradat.

§. 2. Et nos certis ſignis *accipere* rem declaramus, non ſolum poſt, ſed ante ejus traditionem.

§. 3. Sic transferri & alienari etiam *imperia tota* poſſunt à *Rege*, qui ea habet in patrimonio, vel *populo*, cum conſenſu uſufructuarii.

§. 4. Vel *imperiorum partes*, cum *conſenſu* partium alienandarum, quia jus in partes conſenſu conjunctas non eſt tale, ut ſingulas abſcindere liceat.

§. 5. Quomodo nec *jus partis in totum*, ut liceat diſcedere, niſi cùm aliter ſe nequeat ſervare.

§. 6. In quo caſu hujus *majus*, quàm illius eſt jus, quia *pars* utitur eo jure, quod habuit *ante* ſocietatem. Nec impedit, quod in corpore, ut in ſubjecto, ſit imperium, & ſic poſſit ab eo alienari, quia ſubjectum eſt *adæquatum*, neceſſitas quoque non dat jus, quia reducit ad uſum naturæ, quale quid alienatio non eſt.

§. 7. *Partes* verò *territorii* alienari poſſunt à populo aut Rege, cum conſenſu tamen populi, qui *plenum* imperium, ſed non *plenè* habet.

§. 8. Sine quo non ſufficit *utilitas* aut *neceſſitas*, niſi eadem ſit corporis & partis, nec contrarium manifeſtè appareat.

§. 9. Etiam *in feudatione* aliquid alienatur ſub onere commiſſi ex *felonia*, aut deficiente *familia*. Itaque & ad hanc conſenſus neceſſarius omnium, ſive per ſe, ſive per Legatos; idem de *pignoris datione* cenſendum, quia & alienatio inde ſequitur, & Rex populo ad imperium per ſe exercendum tenetur.

§. 10. *Minores functiones*, quia per id ſummum imperium non alienatur, concedere poteſt *populus* aliis in perpetuum: *Reges* non poſſunt, quia jus eorum temporarium, niſi populi accedat *conſenſus*, expreſſus vel tacitus, per introductam conſuetudinem.

§. 11. *Patrimonium* quoque *populi*, licet dignitati regiæ ſuſtinendæ datum, alienari non poteſt

teſt à Rege, ac ne quidem *pars* ejus minimum valens, niſi cum conſenſu populi.

§. 12. Sed à patrimonio diſtinguendus ejus *fructus*, qui alienari ab eo poteſt.

§. 13. *Pars* tamen *patrimonii pignori* dari poteſt à Rege plenum habente imperium, quoniam ut ad *tributa*, ſic ad *luitionem pignoris*, populus ejusmodi Regi tenetur.

§. 14. Alienari quoque aliquid *teſtamento* poteſt, cum jure naturæ liceat alienare in eventum certum, revocabiliter ante eum eventum, retento jure poſſidendi ac fruendi, quod fit in teſtamentis.

## CAPUT VII.

## De acquiſitione *derivativa*, quæ fit per *legem*, ubi de *ſucceſſionibus ab inteſtato*.

*I. Leges civiles quaſdam injuſtas eſſe, ac proinde dominium non transferre, ut quæ naufragorum bona fiſco addicunt.*

*II. Lege naturæ rem acquiri ei, qui alienum accepit ad debiti ſui conſecutionem: quod quando locum habeat.*

*III. Origo ſucceſſionis ab inteſtato quomodo à natura.*

*IV. An aliquid de bonis parentum liberis debeatur jure naturæ, per diſtinctionem explicatur.*

*V. In ſucceſſione liberos defuncti parentibus præferri, & cur.*



Digitized by Google

VI. Origo vicariæ ſucceſſionis, quæ repræſentatio dicitur.

VII. De abdicatione & exhæredatione.

VIII. De jure liberorum naturalium.

IX. Liberis deficientibus, ubi nec teſtamentum nec lex certa exſtant, bona avita deferenda his, à quibus venerunt, aut eorum liberis.

X. Bona noviter quæſita proximis.

XI. Legum circa ſucceſſiones diverſitas.

XII. In regnis patrimonialibus qualis ſit ſucceſſio.

XIII. Si ea regna ſint individua, præferri maximum natu.

XIV. Regnum ex populi conſenſu hereditarium in dubio individuum eſt.

XV. Non durare ultra poſteros primi regis.

XVI. Non pertinere ad liberos naturales tantum.

XVII. In eo mares præferri fœminis in eodem gradu.

XVIII. Inter mares præferri natu maximum.

XIX. An tale regnum pars ſit hereditatis.

XX. Præſumi in regno talem ſucceſſionem inſtitutam, qualis in aliis rebus in uſu erat tempore regni inchoati: ſive regnum fuerit allodiale,

XXI. Sive feudale.

XXII. Succeſſio linealis cognatica quæ ſit, & qualis in ea transmiſſio juris.

XXIII. Succeſſio linealis agnatica qualis.

XXIV. Succeſſio, quâ ſemper reſpicitur proximitas ad primum regem.

XXV. An exheredari poſſit filius, ne in regnum ſuccedat.

XXVI. An abdicare quis regnum poſſit pro ſe & pro liberis.

XXVII. Iudicium propriè dictum de ſucceſſione,

*ſione, nec regis eſſe, nec populi.*
*XXVIII. Filium, qui ante patris regnum natus eſt poſt nato præferendum,*
*XXIX. Niſi alia lege delatum regnum appareat.*
*XXX. An nepos ex filio priore filio poſteriori præferatur, per diſtinctionem explicatur.*
*XXXI. Item an minor frater ſuperſtes regis majoris fratris filio præferendus ſit.*
*XXXII. An fratris filius regis patruo præferatur.*
*XXXIII. An nepos ex filio præferatur filiæ regis.*
*XXXIV. An minor nepos ex filio nepoti majori ex filia.*
*XXXV. An neptis ex majore filio præferatur filio minori.*
*XXXVI. An filius ſororis præferendus filiæ fratris.*
*XXXVII. An filia fratris majoris fratri minori.*

§. 1. ACquiſitio derivativa *facto legis* fit, aut per *legem naturalem*, aut *gentium*, aut civilem. De *civili* hîc non agitur, tantum notatur, per eam *injuſtè* quædam acquiri, ut *bona naufragorum.*

§. 2. *Lege* naturali *acquiritur dominium ex expletione juris*, cùm pro re mea injuſtè retenta, aliam tantundem valentem capio, quæ fit detentatoris, ubi judicia *continuè* ceſſant, ubi verò *momentaneè*, ibi dominium rei ſic detentæ à judice petendum, ut fit in *repreſſaliis*, niſi ubi fortè jus noſtrum moraliter tantum certum.

§. 3. Deinde *ſucceſſione ab inteſtato*, quia ubi

ubi quis non expreſſit, ad quem ſua bona poſt mortem velit pertinere, ea intelliguntur illius, cujus probabile eſt, alterum eſſe voluiſſe. Voluiſſe autem quiſque *præſumitur*, quod eſt honeſtiſſimum, in quo, primum, quod *debetur*, proximum, quod *conveniens eſt officio*.

§. 4. *Debentur* autem alimenta *liberis*, non ex juſtitia expletrice, ſed *inſtinctu naturali*, *etiam beſtiis innato*, ut honeſtè hoc omitti nequeat à parentibus, maximè cùm *cauſa* ſint, ut *eſſent* liberi, ad quod ſequitur, ut dent *neceſſaria ad eſſe*. Nec intereſt, etiamſi *illegitimi* ſint liberi, aut gradus *ſecundi*.

§. 5. *Parentibus* verò à liberis non ſic debentur, quippe qui nec dederunt eſſe, & diutius debent vivere; unde naturaliter. Parentum bona ad liberos pertinent.

§. 6. Poſt parêntum obitum, debitum hoc pertinet ad *avos*, *proavosque*, unde ſucceſſionis jura nepotum in parentum locum.

§. 7. Ceſſat autem antedicta conjectura, ſi *contraria* voluntatis defuncti indicia extent, ut per *exhæredationem*, vel *abdicationem*, quâ tamen *alimenta* negari non debent, niſi *delictum* filius commiſerit, *morte* puniendum.

§. 8. *Ceſſat* quoque debitum, ſi *pater* prolis eſt *incertus*, qui licet non ſciatur tam evidenter, ſicut mater, *probatur* tamen per conjugium naturaliter ſumtum, aut aliud clarum ſignum, aut conſenſus ipſius, atque ita & jus ſuccedendi. Quemadmodum & *adoptio* ſic probatur

Digitized by Google

batur, niſi eam jus civile impediat, quod poteſt facere, ut etiam ex conjugio nati ſola habeant alimenta, ut exemplo *Abrahami* cum *Cethura*, & matrimonio ad *Morgengabicam* apparet.

§. 9. Ubi liberi *deſunt*, probabile eſt, defunctum bona ſua *hareditaria*, gratiæ referendæ causâ, iis velle reddere, *unde venerunt*, ſi non poteſt ipſis, ſaltem liberis eorum, quibus parentes ipſi maximè cupiunt benefieri.

§. 10. At bona *quaſita* aſſignare iis, qui ſunt *chariſſimi*, ut proximis *cognatis*, ad quos & hæreditaria ſpectabunt, ſi deſint, quos prædiximus.

§. 11. Cæterum hæc omnia *variari* poſſunt *legibus*, *moribus* aut *pactis*, quia jure naturæ non ſunt ſimpliciter neceſſaria, & variant in diverſis populis. Ut ſic & *in dubio* credendum, voluiſſe quemque, ut LL. & moribus civitatis eſt conveniens.

§. 12. *Regna patrimonialia* dividuntur inter *mares* & *fœminas*, *adoptatos*, *nothos*, & *cognatos* proximos, ſi ſint ſigna voluntatis.

§. 13. Quod ſi regna *individua*, nec ſucceſſor expreſſus, *maximo natu* cujusque ſexus debebuntur, qui tamen cæteris tenebitur rependere *æſtimationem*, quatenus poteſt.

§. 14. In *non patrimonialibus* ſucceſſio fit ex præſumta populi voluntate, i. e. *utilitate publica*, unde in dubio præſumitur primo, regnum oportere individuum eſſe.

§. 15. Dein, manere *in familia* imperatrice.



Digitized by Google

§. 16. Tertio, neminem ſuccedere oportere, niſi *legitimè natum*, ac ne *adoptivum* quidem.

§. 17. Quartò, *Mares* præferri fœminis.

§. 18. Quintò *natu maximum* cæteros anteire.

§. 19. Porro, regnum ex tali voluntate delatum eſt *hæreditarium*, licet ſub alia conditione, quàm alia bona. Nam & ſine iis in hoc ſolum poterit ſuccedi, cùm populus ideo hæreditarium ordinem videatur elegiſſe, ut ex ſpe certa ſucceſſionis, per *educationem* & ſimilia ſemper optimum haberet Principem.

§. 20. In *allodiali* regno ſucceditur ex lege, ex qua ſuccedebatur tempore regni inſtituti.

§. 21. In *feudalibus* more feudi apud quamque gentem recepto.

§. 22. Eſt & ſucceſſio *linealis cognatica*, quâ ratio habetur tam mortuorum, quàm vivorum, & ab iis deſcendentium, reſpectu primo *ſexus*, dein *ætatis*, qualis eſt ſucceſſio regni *Caſtellæ*.

§. 23. Et alia *linealis agnatica*, marium ſolummodo ex maribus, ut regni *Galliarum*.

§. 24. Et alia, quâ reſpicitur is, qui *proximè abeſt* à rege priori.

§. 25. Ex his porro liquet, *exhæredari*, ne ſuccedat, poſſe filium à patre in regnis *patrimonialibus*, eatenus ut aliàs, non verò in *hæreditariis*, multo minus *ſucceſſivis*, lineali quacunque ſucceſſione.

§. 26. Item *abdicari* regnum poſſe à Patre, cum effectu etiam ad filium, in regnis *hære-*



Digitized by Google

*ditariis*, non verò *ſucceſſivis*, ubi nihil derogatur, ſive nothis, ſive non nothis, niſi quod, quia his jus nondum quæſitum eſt, *voluntate populi* impedimentum poteſt injici, ne acquiratur.

§. 27. Patet quoque, judicium *jurisdictionis*, cùm hæc ſemper ſit ſuperioris, de ſucceſſione, non eſſe neque regis neque populi, ſed rectius *arbitros* à concertantibus ſumi. Quod ſi de prima voluntate populi quæratur, ſententiam populi audiendam eſſe.

§. 28. *Filius*, natus *priusquam* pater factus Rex eſſet, præfertur *poſt natis* in regnis *individuis*: In *dividuis* ſuccedit in partem. Idem valet in regnis *ſucceſſivis*.

§. 29. *Sparta* aliud obtinuit lege *peculiari*, quod aliquando fit & in *feudalibus* regnis, aut ubi Lex peculiaris obſtat.

§. 30. In ſucceſſione *lineali* præfertur filius poſterior filii prioris filio, i. e. nepoti; in *hæreditariis dividuis* concurrunt in partes. In *individuis* ſuccedunt pro ratione ætatis.

§. 31. *Filius majoris fratris* præfertur minoremni fratri propter æquitatem naturalem ſurrogationis, niſi lex impediat, quæ multis locis ſurrogationem in collateralibus non permittit.

§. 32. *Defuncti fratris filius* patruo Regis præfertur in *lineali* & *hæreditaria* ſucceſſione, non quà gradum naturalem ſpectat.

§. 33. *Nepos ex filio* filiæ, niſi ubi ſolus ſpectatur gradus.

§. 34. *Minor nepos ex filio* majori nepoti ex



Digitized by Google

filia in ſucceſſione lineali *cognatica*, non hæreditaria.

§. 35. *Neptis ex primogenito* filio minori non præfertur in *hereditariis*, etiam admiſſa ſurrogatione, quia inter ſimiliter capaces præfertur ſexus.

36. Ita *filius ſororis* filiæ fratris præfertur.

§. 37. Et in *hereditariis* regnis *frater minor* filiæ fratris majoris.

## CAPUT VIII.

# De acquiſitionibus, quæ vulgo dicuntur juris gentium.

*I. Multa dici juris gentium, quæ, ſi propriè loquamur, talia non ſint.*
*II. Piſces & feras, ſtagnis aut vivariis incluſas, in dominio eſſe jure naturali, contra quàm jure Romano proditum eſt.*
*III. Feras, ſi aufugerint, non deſinere eorum eſſe, qui ceperant, ſi rectè agnoſci poſſint.*
*IV. Poſſeſſio an per inſtrumenta acquiratur, & quomodo.*
*V. Ut feræ regum ſint, non eſſe contra jus Gentium.*
*VI. Rerum aliarum, hero carentium, quomodo acquiratur poſſeſſio.*
*VII. Theſaurus cui cedat naturaliter: & legum circa hoc varietas.*
*VIII. Quæ jure Romano de inſulis & alluvionibus ſunt prodita nec natu-*

naturalia eſſe, nec juris Gentium.

IX. Naturaliter inſulam in flumine & alveum exſiccatum ejus eſſe, cujus eſt flumen, aut pars fluminis, id eſt populi.

X. Inundatione naturaliter dominium agri non amitti.

XI. Alluviones quoque in dubio eſſe populi.

XII. Sed conceſſas videri his, quorum agri alium finem quàm flumen non habent:

XIII. Idem cenſendum de relicta ripa & ſiccata alvei parte.

XIV. Quid pro alluvione, quid pro inſula habendum.

XV. Quando vaſallis cedant alluviones.

XVI. Solvuntur argumenta, quibus Romani jus ſuum quaſi naturale defendunt.

XVII. Via naturaliter alluvionem impedit.

XVIII. Naturale non eſſe, ut partus ſolum ventrem ſequatur.

XIX. Naturaliter ut confuſione, ita ſpecificatione ex materia aliena rem fieri communem.

XX. Etiam ſi materia mala fide attrectata ſit.

XXI. Naturale non eſſe, ut per prævalentiam rei minor potiori cedat: ubi & alii Romanorum jurisprudentium errores notantur.

XXII. Naturaliter ex plantatione, inſitione, ædificatione in alieno communionem naſci.

XXIII. Poſſeſſorem naturaliter fructus ſuos non facere; ſed impendia imputare poſſe.

XXIV. Etiam qui mala fide poſſidet.

XXV. Traditionem ad dominii translationem naturaliter non requiri.

XXVI. Uſus hactenus dictorum.

§. I.

§. 1. Acquiſitio derivativa, per legem juris *gentium*, fit *jure belli.* JCti *Romani* multas alias ejus recenſent ſpecies, verum perperam, cùm non id Gentium jus reſpiciant, quod pertinet ad mutuam earum ſocietatem, & *propriè* ſic vocatur. Sic occupatio eorum, quæ *nullius* ſunt, eſt juris naturalis, introducto dominio.

§. 2. *Piſces*, *feræ incluſæ* quoquo modo, ſunt in dominio jure naturali.

§. 3. Nec *amittuntur*, cùm *effugerunt*, quamdiu poſſunt recognoſci repetique.

§. 4. Etiam poſſeſſio eorum poteſt fieri per *inſtrumenta*, ſi ea noſtræ poteſtatis ſint, nec feræ valeant exire.

§. 5. Sed hæc ita juris naturalis ſunt, ut lex *civilis* poſſit mutare. Sic ea, quæ *nullius* ſunt, Germani & Ægyptii aſſignarunt Principibus, lege, quæ ſola etiam ante occupationem dare poteſt dominium.

§. 6. Acquiruntur autem talia, quæ nullius ſunt, *mobilia* quidem manibus potiſſimum, *immobilia* pedibus.

§. 7. Idem de *theſauris* cenſendum, quanquam alicubi oracula adjudicent, quibus volunt; apud Hebræos Lex, Domino agri; apud Germanos vicinosque eorum jura populorum Principibus.

§. 8. De *Inſulis* & *alluvionibus*, quæ produntur jure Romano, non ſunt naturalia.

§. 9. Nam *inſula* in privati juris flumine pri-

privatorum; in publici juris, Populi eſt, jure naturali. Idem de *alveo* & *ripa* tenendum.

§. 10. Neque *inundatione* jus dominii auferetur jure naturali, quia, mutata licet qualitate, fundus ſubditus manet: niſi appareat derelictus, non obſervata in eo vel piſcatione vel exſiccatione, LL. præſcripta.

§. 11. Etiam *alluvio* eſt populi in dubio, niſi liqueat, unde venerit, jure naturali.

§. 12. Interim hoc jus concedere Populus *poſſeſſoribus* agrorum privatorum poteſt, videturque feciſſe, ſi illi agri terminos alios non habeant. Nam in *dubio* agri non arcifinii, ſed limitanei credendi, quia hoc privatarum poſſeſſionum naturæ eſt conveniens.

§. 13. Alluvio autem in *non occupatis*, occupantis eſt, in *occupatis* populi, jure naturali, niſi jus id ſit conceſſum privatis.

§. 14. Pro alluvione verò habendum, quo majori temporis parte *pedibus*; pro *inſula*, quo *navigio* transiri ſolet, licet pars conjungens utramque, aquis ſuperfundatur aut exareſcat.

§. 15. *Vaſallis* alluviones cedunt, non ſi ſolum conceſſum imperium, ſed & univerſitas agrorum; quod ſi ſolus ager ſine imperio, videndum, quæ ſit agri natura, ex qua cedent vel non cedent vaſallo, non peculiari jure principis.

§. 16. Nec obſtat, quod quem ſequuntur *incommoda*, eum commoda ſequi debeant; quia hoc valet; ubi commoda exiſtunt è re noſtra,

Digitized by Google

noſtra ; cùm in alluvionibus ſint à flu-mine.

§. 17. Alluvionem impedit *via publica*, jure naturali, niſi ager privatus viam debeat.

§. 18. *Partus* quoque jure naturali ventrem non ſequitur, niſi ubi pater ignoratur; nam ubi ſcitur, pars illius pertinet ad ipſum.

§. 19. Etiam cùm in materiam alienam *ſpecies* introducitur, quisque pro ea parte rei dominus evadit, quanti eſt vel materia, vel ſpecies, jure naturali.

§. 20. Valetque hoc, licet materia *mala fide* fuerit tractata, quia ut per hoc amittatur ſpecies, pœnale eſt, non naturale, cùm natura pœnam non determinet.

§. 21. *Minor* etiam res majori cedit, non jure naturali, ſed civili.

§. 22. Sicut nec *plantæ* cedunt ſolo, jure naturali, ſed fit communio inter eum, qui Dominus plantarum, & eum, cujus fundus præbet ipſis alimentum; idem fit in *ædibus*, niſi ſint mobiles, in quas nullum habet jus fundi Dominus.

§. 23. Nec *bonæ fidei* poſſeſſor fructus facit ſuos naturali jure, ſolum impendia in rem alienam facta poteſt imputare.

§. 24. Idem de *malæ fidei* poſſeſſore cenſendum, niſi lex pœnalis intercedat.

§. 25. Nec *traditio* dominium transfert jure naturali, cùm ad id non requiratur, uti liquet ex donatione rei poſſeſſæ, miſſilibus & ejusmodi.

§. 26. Ita-

§. 26. Itaque diſtinguenda *verè* naturalia, à *non* naturalibus. Quod ſi tamen acquirendi jus etiam hoc tali, licet *improprio*, gentium jure commune factum quibuscunque, civibus, & non civibus, peregrinis injuria contra id facta poteſt dare juſtam belli cauſam.

# CAPUT IX.

## Quando imperia vel dominia *deſinant*.

*I. Dominium & imperium tolli ſublato eo, qui jus habuit, nec exiſtente ſucceſſore:*

*II. Sic & jus familiæ extinctâ familiâ:*

*III. Sic & populi, ſi populus eſſe deſinat:*

*IV. Quod fit, ſublatis partibus neceſſariis:*

*V. Sublato corpore toto populi:*

*VI. Sublata forma, quâ eſt populus:*

*VII. Non etiam migratione:*

*VIII. Aut mutato regimine: ubi de loco, qui debeatur novo regi aut populo liberato.*

*IX. Quid ſi populi uniantur?*

*X. Quid ſi dividatur populus?*

*XI. Cujus nunc ſint, quæ Romani imperii fuerunt, nec alienata apparent.*

*XII. De jure heredum.*

*XIII. De jure victoris.*

§. I. Atque ita quidem *acquiruntur* dominia vel imperia. *Deſinunt* autem *derelictione*,

*ctione*, dein *ſublatione* ejus, qui dominium vel imperium habet ante alienationem, vel expreſſè vel tacitè factam, h. e. nullo *ſucceſſore* relicto; quo caſu, ſicut ſervi liberi, ſic populi poſſeſſi ſui juris erunt.

§. 2. Idem fit deficiente *familia*.

§. 3. Aut *populo*, qui jus tale habet. Populus autem *non deficit*, ſed idem manet, eodem manente ſummo imperio i. e. ſpiritu populi; *deficit* autem & interit interitu vel corporis, vel ſpiritus prædicti.

§. 4. *Corpus* interit, ſublatis *partibus*, ſine quibus non eſt corpus, ut fit in plenariis excidiis, ubi ſi pauci ſuperſunt, habebunt dominium, quod populus ad modum privatorum, non ad modum populi habet.

§. 5. Item cùm aut *ſponte* ob certas cauſas decedunt, aut *vi* diſtrahuntur.

§. 6. *Spiritus* interit, ſublata vel omni vel perfecta juris *communitate*, ut ſi ſinguli fiant ſervi, ſi in provinciæ formam redigantur, aut in alterius ditionem veniant.

§. 7. Non verò, ſi *locus* ſolum mutatur, ſive ſponte ſive coactè, & minus adhuc, ſi diruantur *muri*.

§. 8. Nec ſi *forma regiminis*; quique liber antea, dein pleniſſimo jure regatur. Nec obſtat *Ariſtoteles*, qui de civitate loquitur non quatenus eſt conſociatio juris & imperii, ſed relatio partium, quatenus regunt & reguntur. Patetque ſimul hinc, Regi liberum olim populum

pulum regenti eundem in dubio competere locum, qui libero adhuc populo.

§. 9. Nec ſi *mutantur* populi, cùm ex majore jurium ſit communio. Quod & de regnis, vera unitate junctis, non fœdere, vel quòd unum ſaltem habeant Regem, cenſendum.

§. 10. Fit autem *diviſio* vel per *conſenſum*, vel per *vim bellicam*, & ex ea duo vel plura ſumma imperia, ut cùm coloniæ deducuntur.

§. 11. Porro ex his liquet, ea quæ *imperii Rom.* olim fuêre, nunc quoque competere Romanis, qui ſunt idem populus; eaque, quæ Conſtantinopoli fiebant, tacitè probabant; cùmque illis invitis ibi *fœmina* veniſſet ad imperium, apertè diſſenſum declararunt, & elegerunt *Carolum M.*, qui jus in *Romanos*, à jure in *Germanos Francosque* diligenter diſtinxit; poſteaque eundem ſibi imperatorem ſumendum cenſuerunt, quem elegiſſent Germani in Regem, facta per *S. Pontificem* ſubinde voluntatis hujus ſuæ declaratione. Ex qua ſola cauſa Imperatori Germanorum debentur, quæ fuerunt populi Romani, nec alienata ſunt. Cui & idcirco morbo vel captivitate impedito *vicarius* dari poteſt à Romanis in eis, quæ ſunt populi Romani, non Germanorum.

§. 12. *Hæres* denique, quoad dominii cujuscunque continuationem, cenſetur idem cum defuncto.



Digitized by Google

# CAPUT X.

## De obligatione, quæ ex dominio oritur.

I. *Obligatio reddendæ domino rei alienæ* unde *&* qualis. *Reſtituere* exſtantia, *& quantum in ſe eſt efficere; ut reddantur.*

II. Non exſtantibus *obligatio de reddendo eo, quod quis* lucri *fecit ex alieno; quæ multis exemplis illuſtratur.*

III. Bonæ fidei poſſeſſorem *ad reſtitutionem non teneri, ſi res perierit.*

IV. *Eundem teneri ad reſtituendos* fructus exſtantes.

V. *Et* conſumtos, *niſi alias conſumturus non fuerit.*

VI. *Non eos, quos* neglexit *percipere.*

VII. *Non teneri eundem ad reſtitutionem rei, quam* donavit *alii, cum diſtinctione.*

VIII. *Nec ſi rem* emtam vendiderit, *ſimiliter cum diſtinctione.*

IX. *Quando* pretium *aut ejus* partem *ſervare poſſit, qui rem alienam bona fide emit.*

X. Rem alienam emtam *reſtitui venditori non poſſe.*

XI. *Qui rem habet, cujus* ignoretur dominus, *nemini teneri eam concedere.*

XII. *Ob cauſam* turpem, *aut alioqui* debitam, *acceptum non eſſe reſtituendum naturaliter.*

XIII. *Refellitur ſententia, ſtatuens, rerum, quæ* pondere, numero, menſura, *conſtant, dominium ſine conſenſu domini tranſire.*

§. I. EX prædicto jure in *perſonam* vel *rem* i. e. dominio, naſcitur *obligatio*, ſi res ſeu perſona

forma extat, aut non extat. Si *extat*, Poſſeſſor efficere tenetur, quantum in ſe eſt, ut recipiatur, non exſpectato, donec poſcatur, qualiſcunque poſſeſſor ſit fidei; quia hæc obligatio ex *re*, à qua differt, quæ ex *delicto*, ut exemplo Lacedæmoniorum arcisque Cadmææ patet; valetque hæc obligatio contra quosvis alios contractus, ut depoſiti & id genus, etiam cùm dominium illud eſt ex jure non civili.

§. 2. Si *non extat*, quisque tenetur ad id Domino, quantum ex ea factus eſt *locupletior*, ut in re aliena. Ut ſi *ſervus*, contra voluntatem Domini, in rem Domini quid vertit; ſi quis conſumſit nummos, quos ſervus ſurripuit, putans ſervi eſſe peculium; Si *pupillus* ex commodato locupletior eſt factus; Si *filius* à patre ſuo in alimentum accepit pecunias, ei ab alio creditas, quas Pater ſolvere non potuit; & quæ ſunt alia hujusmodi.

§. 3. Non autem tenetur *bonæ fidei poſſeſſor*, ſi non extat, ad reſtitutionem *rei*.

§. 4. Sed *fructuum* rei *extantium*, èx jure dominii, exceptis fructibus *induſtriæ*.

§. 5. Imò *non extantium*, ſi tantundem aliunde fuit *conſumpturus*, tenetur.

§. 6. Non, ſi *percipere* eos *neglexit*.

§. 7. Aut alii *donavit*, niſi tantundem aliàs donaturus fuiſſet.

§. 8. Aut *vendidit*, niſi pluris vendidit; aut donatum vendidit, quo caſu tenebitur ad pretium, niſi prodegerit.



Digitized by Google

§. 9. Quod ſi rem *emit*, reddere etiam ſine pretio tenetur, niſi quantum ipſe Dominus fuiſſet in eam impenſurus. Unde ſequitur, ut ſi quis negotia mea ſui *lucri* cauſâ geſſit, in id, quod ex eo locupletior ego ſum, habeat actionem; ut qui jactu *ſuarum* rerum, res meas in mari ſervavit.

§. 10. Neque ſic *emtam* reſtituere venditori licet, ad recipiendum *pretium*.

§. 11. Quod ſi *Dominus ignoratur*, tenetur nemini, licet *pium* ſit, eam dare *pauperibus*.

§. 12. Nec, ſi accepta ſit ob cauſam *turpem*, aut alloquia *debitam*, reſtituenda jure naturali; licet aliud ſæpe velint Leges Civiles.

§. 13. *Non* tranſit quoque rerum dominium, quæ functionem recipiunt, ad alium, *nolente Domino*; ſed præcedente conſenſu expreſſo aut ex lege vel more præſumto, ſine quo functio non habet locum, tranſit.

## CAPUT XI.

### De promiſſis.

I. *Refellitur ſententia ſtatuens, promiſſis* jus naturaliter *non oriri.*

II. Aſſertionem nudam *non obligare.*

III. Pollicitationem *naturaliter obligare, ſed inde alteri jus non naſci.*

IV. Quid *ſit promiſſum, unde alteri jus oritur.*

V. *Requiri ad hoc in promittente* uſum rationis,

ubi

*ubi diſtinguitur jus naturale à legibus civilibus circa minores.*

VI. *Promiſſio* errantis *an & quatenus obliget naturaliter.*

VII. *Promiſſionem ex* metu *obligare, ſed qui metum cauſam dedit, teneri ad liberandum promiſſorem.*

VIII. *Id quod promittitur, ut promiſſio valeat, oportere in* poteſtate *ſit promittentis.*

IX. *An promiſſio ob* cauſam vitioſam *valeat naturaliter, per diſtinctionem explicatur.*

X. *Quid ſentiendum de promiſſione facta ad conſequendam rem* jam ante debitam.

XI. *Modus validè promittendi per* nos ipſos.

XII. *Modus validè promittendi per* alios; *ubi & de legatis, mandata excedentibus.*

XIII. Exercitoriæ *&* inſtitoriæ *obligationes quatenus ex jure natura procedant, ubi & juris Romani error negatur.*

XIV. *Ad promiſſionis validitatem* acceptationem *requiri.*

XV. *An acceptatio* innoteſcere *debeat promiſſori, per diſtinctionem explicatur.*

XVI. Revocari *promiſſionem poſſe, mortuo ante acceptationem, cui promiſſum erat.*

XVII. *An &* internuncio *mortuo, per diſtinctiones explicatur.*

XVIII. *An revocabilis ſit promiſſio* acceptatione per alteram facta, *per diſtinctiones explicatur.*

XIX. Onus *promiſſo adjici quo tempore poſſit.*

XX. *Quomodo* convaleſcere *poſſit invalida promiſſio.*

XXI. *Promiſſiones* ſine cauſa, *naturaliter non eſſe irritas.*

XXII. *Qui* factum alienum *promiſit, ad quid naturaliter teneatur.*


§. I.

§. 1. Quemadmodum ex jure *dominii* obligatio aliorum erga alios, ſic & ex *promiſſis* oritur. Contrarium quidem ſtatuit *Connanus*, quia in culpa eſt, qui temere *credit*; quia promiſſa *levia* periculum afferunt fortunis hominum, ſi ſint præſtanda; quia ſine obligatione quædam *honeſtati* cujusque relinquenda. Sed ſic interiret vis *nudorum* pactorum inter Reges; *Voluntas* cujusque obligare non poſſet, cùm tamen poſſit transferre dominium. Et diverſum ſtatuunt *JCti*, qui naturaliter ſtatuunt æquum, ſervari quod placuit; quo cum *Cicero*, quoque *Horatius* & alii conveniunt. Sed notandum, quando de futuris loquimur, nos

§. 2. vel *aſſerere* quid, & ſic non obligari, cum conſilii mutandi jus habeamus à natura;

§. 3. vel *polliceri* in futurum ſigno perſeveraturæ voluntatis, & ſic obligari, licet alteri non inde jus in nos naſcatur, atque ita nec poteſtas retinendi noſtra, aut cogendi nos ad præſtationem,

§. 4. vel ad pollicitationem hujusmodi addere *ſignum volendi* jus proprium alteri conferre; & ſic jus quoque alterum acquirere, ut fit in alienatione.

§. 5. *Requiritur* autem ad perfectam iſtiusmodi pollicitationem *uſus rationis*, qui nonnunquam deprehenditur & in *minoribus*, ut & ipſi naturaliter ſic ſe obligent, niſi ubi aliud volunt LL. civiles, quæ & peregrinorum pacta cum civibus regunt.



Digitized by Google

§. 6. In pacto *errantis* notandum, id ſi fundatum ſit in præſumtione quadam facti, quod ſe habet aliter, quàm præſumebatur, naturaliter *non obligare*, paciſcentem tamen teneri ad *damnum* reſarciendum, ſi negligentior in re explorandâ, vel exponendo ſenſu fuerit; contra verò *obligare*, ſi non fuerit in tali facto fundatum; eumque, cui promiſſum eſt, teneri alteri, ſi dolo cauſam dederit errori.

§. 7. Qui *metu* quid promiſit, obligatur ex conſenſu eoque abſoluto; ſed qui eum *incuſſit*, ſi fuerit injuſtus, tenetur ad liberandum promittentem, ſi promittens velit.

§. 8 Cæterùm id, quod promittitur, debet eſſe in *noſtra poteſtate*, qualia non ſunt *illicita* facta, quæ idcirco promiſſa non valent; aut ſaltem poſſe eſſe, quo caſu efficacia promiſſionis ſuſpenditur, & promiſſor ad expediendam fidem, quantum poteſt, tenetur.

§. 9. Si facta promiſſio ob cauſam naturaliter *vitioſam*, ut homicidium, promiſſionis efficacia eſt in pendenti, quia in promiſſione tali manet vitium, quamdiu crimen non eſt perpetratum: at impleto eo, ſequitur jure naturali obligatio ejus, cui promiſſio eſt facta.

§. 10. Si res *ante debita* promittitur, naturaliter oritur obligatio, ſed ut damnum per extorſionem aut inæqualitatem datum reparetur.

§. 11. Fieri autem promiſſio debet *ſigno* quocunque ſufficienti voluntatis.

§. 12. Quomodo & *per alium* poſſumus pro-

mittere ac obligari, etiam ad omnia; ſi omnia rata habituros nos ſignificaverimus, nil obſtantibus *occultis* promittendi legibus alteri datis, quippe quibus ille ſolus obligatur nobis.

§. 13. Hinc liquet, *exercitatoriam* & *inſtitoriam* niti jure naturali, ex quo tamen teneantur exercitores pro ſuis tantum partibus ſinguli, contra quàm eſt proditum jure Romano.

§. 14. In eo, cui promittitur, requiritur *acceptatio*,

§. 15. quæ, in promiſſis ad mutuam obligationem, *nota* eſſe debet promiſſori, non in promiſſis merè liberalibus.

§. 16. Unde ſequitur, promiſſa *revocari* poſſe ante acceptationem, aut eo mortuo, cui promiſſum eſt, priuſquam acceptaret.

§. 17. Imò & illo mortuo, qui promiſſionis lectus eſt *internuntius*, ſi promiſſionem tantum debuit ſignificare, non ſi ipſe tertii nomine promittere; & in dubio *mandator* videtur voluiſſe, ut mandatum expleatur.

§. 18. Poteſt & *pro altero* fieri acceptatio. Sed notandum, in promiſſione *mihi* facta de redanda alteri, acceptationem meam facere irrevocabilem promiſſionem, niſi ego remittam: factam verò in *alterius* nomen, acceptationem meam, ſi mandatum ſpeciale habui acceptandi, promiſſionem perficere; ſi non habui, facere, ut nec promiſſor revocare promiſſum, antequam conſtet de voluntate ejus, ad quem promiſſio ſpectat, nec ego remittere poſſim.

§. 19.

Digitized by Google

§. 19. *Onus* adjici promiſſioni poteſt, quamdiu non eſt acceptata, vel facta irrevocabilis: Adjectum in utilitatem *tertii* poteſt revocari, quamdiu ab eo non eſt acceptatum.

§. 20. Promiſſio invalida ob errorem ſeu metum firmatur, ſi, qui inter ſe pepigerunt, *dempto vitio*, quacunque idonea ratione in id conſenſerint.

§. 21. Valida quoque eſt promiſſio *ſine cauſa*, jure naturæ.

§. 22. Quin & , qui *factum alienum* promiſit, ad nil aliud tenetur, quàm dare operam omnem, ut id fiat.

# CAPUT XII.

## De *Contractibus*.

*I. Diviſio* actuum humanorum, *qui aliis hominibus utiles ſunt: ac primum, in ſimplices ac mixtos.*

*II.* Simplicium *in beneficos meros, aut cum mutua obligatione.*

*III. Et* permutatorios: *tum qui dirimunt,*

*IV. tum qui communionem adferunt.*

*V.* Mixtos *eſſe principaliter.*

*VI. Aut per acceſſionem:*

*VII. Qui actuum* contractus *dicantur.*

*VIII.* Æqualitatem *in contractibus requiri primum circa actus* præcedaneos.

*IX. Ad* ſcientiam.

*X. Ad* libertatē *volendi.*

*XI. Secundo in* ipſo actu, *ſi ſit permutatorius.*

*XII. Tertio in eo*, de quo agitur: *quod explicatur.*



Digitized by Google

XIII. *Quæ æqualitas locum habeat in actibus merè aut partim* beneficis.

XIV. *Quomodo æſtimandum* rei pretium *in venditione, & ex quibus cauſis juſtè creſcat aut minuatur.*

XV. *Quando naturaliter* perfecta ſit venditio: *& quando dominium transferat.*

XVI. Monopolia *quæ ſint contra jus naturæ, aut diligendi legem.*

XVII. Pecunia *functionem quomodo recipiat.*

XVIII. *De* conductionis *mercede naturaliter nihil remittendum ob ſterilitatem & ſimiles caſus: & quid ſi conductore primo impedito uti, res alii locata ſit?*

XIX. Juſta merces *quomodo creſcat & minuatur.*

XX. *Quo jure vetitæ ſint* uſuræ.

XXI. *Quæ* commoda *uſuræ nomine non veniant.*

XXII. Legum civilium *quæ circa hanc rem vis ſit.*

XXIII. *Qualis æſtimatio facienda in contractu averſi periculi, ſive* aſſecurationis.

XXIV. *Qualis in* ſocietate, *ubi multæ ejus ſpecies explicantur.*

XXV. *De ſocietate* navali.

XXVI. *Jure gentium* inæqualitatem, *in quam conſenſum eſt, quoad actus exteriores non attendi: & quo ſenſu id naturale dicatur.*

§. 1. Cum actus omnes, quibus aliis *utiles* ſumus, ſint vel *ſimplices* vel *compoſiti.*

§. 2. Et *Simplices* iterum vel *benefici*, vel *permutatorii*, illique benefici vel *meri*, ut donatio (de qua egimus in jure acquiſitionum) quæ abſolvitur in *præſens*, & promiſſio (de qua egimus capite præcedenti) quæ abſolvitur in *futurum*,

vel

vel cum obligatione *mutua*, ut Commodatio, Mandatum, Depoſitum, ſequitur de *his* agendum, de quibus adhuc nihil egimus.

§. 3. Actus permutatorii ſunt vel *diremtorii* vel *communicatorii*. *Diremtorii*, ſublato diſcrimine nominatorum & innominatorum, quod eſt juris Romani, ſunt *triplices*: cùm *datur*, *ut detur*; ſicut fit in permutatione, cambio, emptione, venditione, locatione, conductione, mutuo: Cùm *fit*, *ut fiat*; cujus ſpecies ſunt infinitæ: Cùm *fit*, *ut detur*, aut pecunia, in factis utilibus, ut in conductione, aut res uſusve rei.

§. 4. *Communicatorii* facta aut res, aut utraque communicant, ut in *ſocietate*, cujus ſpecies eſt *Admiralitas*.

§. 5. Actus *compoſiti* vel *mixti* ſunt aut *principaliter*; cùm in actu uno concurrunt duo, ut ſi ſciens rem majoris emam, quodque plus eſt donem:

§. 6. Per *acceſſionem*, cùm actus cum tertio ſupervenit, ut in fide juſſione, pignorisque datione ſolet fieri.

§. 7. Atque hi quidem actus omnes, extra mere beneficos, vocantur *contractus*.

§. 8. In quibus jus naturæ requirit *æqualitatem*, & jus dat *minus habenti*.

§. 9. Quæ æqualitas obſervanda, reſpectu actuum *præcedaneorum*, primò, ut vitia nota indicentur rei, de qua agitur, non & aliud quodvis extra rem, quod contrahenti poteſt eſſe utile; niſi illa ei ante fuerunt comperta:

§. 10.

§. 10. Deinde, ut ne metu volendi *libertas* tollatur, nec is contrahendi cauſâ incutiatur, ſed dematur.

§. 11. Reſpectu actus *principalis*, ne plus exigatur, quàm par eſt, ſi ſit non beneficus, ſed permutatorius contractus, in quo id, quod plus eſt, donari minimè præſumendum, niſi liquidò appareat:

§. 12. Reſpectu ejus, de quo agitur, ne *retineatur*, quod plus eſſe ex re apud nos, licet ſine culpa noſtra, deprehenditur.

§. 13. Etiam in *beneficis* actibus æqualitas requiritur hactenus, ne quis ex iis ſentiat damnum. Sic *mandatario* debetur indemnitas, eique, qui quid *commodat*, excepto, ſi & abſque hoc damnum id fuiſſet paſſurus; non verò ei, qui quid *deponit*, nec qui *pignus* dat, aut *locat*, niſi is, cui pignus datum aut locatum eſt, valde fuerit negligens.

§. 14. Cæterum æqualitas conſiſtit in *pretiis*, quorum menſura jure naturæ eſt indigentia, vel voluntas, i. e. quod vulgo ſolet dari. Poteſtq; in eis conſtituendis ratio haberi *laborum* & *expenſarum* mercatoris, quin & *accidentium* quorundam rei ipſius, ut, ſi facilè corrumpatur, non libenter vendatur, & ejusmodi.

§. 15. De *emtione* notandum, quod conficiatur per ſolum contractum, etiam ſine traditione, quæ quamdiu non fit, res eſt periculo venditoris, ſi de non ſtatim transferendo dominio fuerit conventum; item, quod ex venditione

duobus

duobus facta ea valeat, quâ ſtatim quoquomodo dominium fuit translatum.

§. 16. De *monopoliis*, quod *illicita non* ſint, quæ ſub juſto precio conceſſa ſunt à Summa Poteſtate, vel à privatis inſtituuntur juſto lucro; contra *illicita*, quæ contrario ſe habent modo.

§. 17. De *pecunia*, quod naturaliter menſura ſit, ex comparatione quadam ad res aut omnes, aut maximè neceſſarias.

§. 18. Quæ in emtione, illa & in *locatione* obſervanda; itaque caſus, qui uſum impediunt, damno ſunt conductoris; quod ſi bis locavit locator, conductori primo debet, quicquid inde factus eſt locupletior.

§. 19. Similiter *pluris* locari poteſt, ſicut vendi, ob certa *accidentia*, ut, ſi locetur in gratiam alterius &c. Imo ob unam operam, pluribus ſimul utilem, integram à ſingulis mercedem paciſci licet.

§. 20. *Uſuræ* jure naturæ non ſunt illicitæ, cùm pro uſu rei liceat exigere pretium, pecuniamque naturâ ſterilem induſtria faciat fructuoſam; ac, licet pecunia propriè uſusfructus non ſit, jus tamen eâ utendi æſtimabile ſit, & ſæpe in compenſationem veniat: Lege tamen Evangelica illicitæ habentur.

§. 21. Sed diſtinguenda ab uſuris *pacta*, cùm pecunia exigitur pro *damno* ex carentia pecuniæ; aut *lucro*, quod fieri cum ea potuiſſet; aut *impenſis* ejus, qui ad hoc paratam habet pecuniam, ut mutuetur; aut *periculo* amittendæ ſortis.

§. 22.

§.22. Nec leges humanæ plus poſſunt tribuere, quàm *compenſationem* ejus, quod abeſt, vel abeſſe poteſt; in cæteris *indemnitatem* præſtant, jus non faciunt.

§.23. *Aſſecurationis* contractus eſt nullus, ſi ineatur, cùm alteruter *ſciverit*, rem eſſe ſalvam, vel perditam, & ideo contraxerit: *pretium* in eo pro periculo petendum ex communi æſtimatione.

§.24. In *ſocietate negotiatoria* damnum & lucrum ſunt æqualia, ubi cætera æqualia. Ubi *opera* confertur cum ſolo uſu pecuniæ, ſors perit domino; ubi cum *ſorte*, particeps fit illius, qui hanc impendit. Conveniri quoque *mixto contractu* poteſt, ut quis lucri ſolius, non & damni fiat particeps, non contrà.

§.25. In *Admiralitate* lucrum ex præda, poſt compenſationem damni, cedit cuique pro parte, quam habet in ſumma ex præda confecta.

§.26. Atque ita quidem omnia valent quoque jure gentium voluntario, niſi quod *inæqualitas*, in quam conſenſum eſt, habeatur pro æqualitate, ita ut ex ea nulla detur *exactio*. Hinc naturaliter dicitur licere alterum *circumvenire*; hoc eſt ex recepto more, nec contra remedium eſſe inſtitutum, ne *lites*, ob [illegible] inæqualitatis hujus, in infinitum creſcerent.

## CAPUT XIII.

## De Jurejurando.

I. Jurisjurandi quanta vis ſit etiam ex paganorum opinione.

II. Animum deliberatum requiri, nempe ut quis jurare voluerit.

III. Verba jurantis obligare in ſenſu, quo ea creditur accepiſſe, cui juratum eſt.

IV. Juramentum dolo elicitum quando obliget.

V. Juramenti verba non extendenda ultra receptum loquendi morem.

VI. Juramentum non obligare de re illicita factum.

VII. Aut quod impediat majus bonum morale.

VIII. Aut ſi factum ſit impoſſiblie,

IX. Quid ſi impoſſibile ſit ad tempus?

X. Jurari Deo nominato, & quo ſenſu.

XI. Sed & nominatis rebus aliis cum reſpectu ad Deum.

XII. Juramentum eſſe, etiamſi per falſos Deos juretur.

XIII. Effectus jurisjurandi: inde obligatio ex jurejurando duplex, tempore jurisjurandi & poſtea: quod diſtincte explicatur.

XIV. Quando ex jurejurando jus quæratur homini & Deo, quando Deo tantum.

XV. Refellitur ſententia ſtatuens eum, qui piratæ aut tyranno juravit, Deo non teneri.

XVI. Qui perfido juravit an implere debeat, diſtinctione explicatur.

XVII. Cum Deo ſoli quis obligatus fuit, hæredem ejus ad nihil teneri.

XVIII. Perjurum non eſſe, qui non implet nolenti impleri, aut ſublata qualitate ejus, cui ſub illa qualitate juratum eſt.

XIX. Quando irritum ſit, quod contra juramentum fit.

XX. Superiorũ actus quid poſſit circa id, quod ſub-

ditus

*ditus juraverit, aut quod ſubdito juratum eſt, cum diſtinctionibus exponitur.*

XXI. Monita Chriſti *de non jurando ad quale juramentum propriè pertineant.*

*XXII. Quæ* fides injurata *juramenti vim ex more habeat.*

§. 1. CONtractibus ſæpe additur jusjurandum; Cujus ſumma ubique eſt habita *vis*, ut ob ejus violationem *pœnas* etiam in liberos creditum ſit derivari.

§. 2. *Requiritur* autem ad id primò *animus rationis compos* & *deliberatus*, quo jurans obligatur, etiamſi nolit ſe obligari.

§. 3. Idem fit, ſi jurare quidem *noluerit*, juramenti tamen protulit verba; niſi ſciat, aut probabiliter credat, eum, quo cum agit, verba *aliter accepiſſe*. Nam in juramentis nulla *tacita* ſubintelligi conditio poteſt, quâ quis exſolvatur.

§. 4. Quod ſi juramentum *dolo* fuerit elicitum, non obligabit, niſi ubi quis fuiſſet juraturus, ſi dolus non interveniſſet, ut de juramento *Joſuæ* Gabaonitis præſtito cenſendum.

§. 5. Deinde Juramenti verba non ultra receptum modum *extendenda*: unde ſequitur, nec *Iſraelitas*, Benjaminitis concedendo raptas, nec *Romanos*, mutando quædam Achæorum, id violaſſe.

§. 6. Sed & obligatio ipſa debet eſſe *licita*: ſi non eſt, ſive naturaliter, ſive prohibitione divina vel humana, non obligat.

§. 7. Imò non obligat, ſi *majus bonum* morale impe-

impediat, quia DEO profectus in bonis debetur, ut, ſi juretur, huic ſe benefacere non velle.

§. 8. Multo minus, ſi res eſt *impoſſibilis*.

§. 9. Quod ſi impoſſibilis ad *tempus*, eo uſque obligatio eſt in pendenti.

§. 10. *Forma* ea eſt, ut fiat verbis, quibus invocetur DEUS teſtis aut ultor.

§. 11. Vel *res alia* nominentur in reſpectu ad DEUM, id quod & à Chriſtianis factum olim, hodieque fieri poteſt.

§. 12. Poterunt & *falſum* invocare DEUM ii, qui pro vero ipſum habent, & ſic validè obligari, licet deferre iſtiuſmodi juramentum, aut præſtare, nefas ſit.

§. 13. *Effectus* eſt, præcidere controverſias, quo pertinet primò, cùm juratur, ut *verba* animo congruant, deinde cum juratum eſt, ut *factum* congruat verbis, ad quod utrumque per juramentum obligamur.

§. 18. *Obligamur* DEO ſimul & homini, ſi verba etiam ad hominem referantur, & jus ei aliquod conferant. Si verò non conferunt, aut huic juri poſſit aliquid opponi, obligamur ſoli DEO, & eo non minus ſtare jure jurando tenemur, ut is, qui *metu, licet injuſto*, adactus juravit.

§. 15. Valetque hoc in *quibuscunque perſonis*, quibus juratur, etiam *prædonibus* & *tyrannis*, quia negotium eſt ſimul cum DEO, contra, quàm Cicero putavit.

§. 16. Ac ne *perfidi* quidem excipiendi, niſi fidem fregerint illius promiſſi, quod fuit quaſi implicita conditio promiſſi noſtri.

§. 17. Cæterùm, cùm quis *ſoli DEO* tenetur, obligatio iſta non tranſit ad hæredem, atque ita morte ejus finietur.

§. 18. Finietur quoque, ſi *utilitas* alicujus eò fuit ſpectata, quam is repudiat, aut ſi mutetur *qualitas*, ſub qua cui fuit juratum.

§. 19. Quod fit contra juramentum, & aliàs eſt *illicitum*, fit quoque *irritum*, ſi juramentum contineat abdicationem plenam poteſtatis ad actum, quo poteſt contra fieri.

§. 20. Etſi autem *ſuperior* non poſſit facere, ut quod ex jure jurando verè debetur, non debeatur, poteſt tamen primò, antequam juretur, *irritum* jubere eſſe, ſi quid juratur, vel poſtquam juratum eſt, *vetare, ne impleatur*, vel ita demum conſtituere ratum, ſi à ſe *approbetur*. Poteſt quoque ab eo, cui juratur, *tollere jus partum*, vel ſi nondum partum ſit, vetare, ne quid ex tali juramento accipiat, ſive in pœnam, ſive ob utilitatem publicam, ipſe verò qui juravit, nihil iſtiusmodi poteſt. Poteſt & Lex humana facere, ut quæ juravimus, ſint valida, licet aliàs impedimentum poſuerit iſtis actibus.

§. 21. Quod autem Chriſtus præcipit, *non eſſe jurandum*, ad juramentum *promiſſorium* futuræ rei, quæ incerta eſt, non ad *aſſertorium* pertinet. Conveniuntque cum Chriſto etiam alii, ſicque docent vivendum, ut etiam *non jurantibus* credatur.

§. 22. Nec aliam ob cauſam repertum *dexteras jungere*, loco juris jurandi, valetque id inter Re-

ges

ges præcipuè, qui eſſe tales debent, quales diximus.

## CAPUT XIV.

# De eorum, qui *ſummum Imperium* habent, promiſſis & contractibus & juramentis.

I. *Refellitur ſententia, ſtatuens*, reſtitutiones in integrum, *ex jure civili venientes, ad regum actus, quà tales ſunt, pertinere: item* regem *ex juramento non teneri.*

II. *Ad quos* regum actus *leges pertineant, diſtinctionibus explicatur.*

III. Jurejurando rex *quando teneatur, aut non teneatur.*

IV. *Quatenus rex teneatur his, quæ* ſine cauſa promiſit.

V. *Uſus ejus, quod de* legum vi *circa regum contractus dictum eſt.*

VI. *Rex* ſubditis obligari *naturaliter tantum, aut & civiliter, quo ſenſu rectè dicatur.*

VII. Jus quæſitum *ſubditis licitè quomodo auferatur.*

VIII. *Rejecta hic* diſtinctio *quæſiti ex jure* naturali *aut* Civili.

IX. Contractus regum *an leges ſint & quando.*

X. *Quomodo ex regum contractibus teneantur omnium bonorum* hæredes.

XI. *Quomodo ex iiſdem contractibus obligentur, qui in regnum* ſuccedunt.

XII. *& quatenus.*

XIII. *Beneficia regum, quæ revocabilia ſint, quæ non, diſtinctione explicatur.*

XIV. *Contractibus invaſorum imperii an teneatur, cujus erat imperium.*

§. 1. DE *contractibus Regum* & *ſimilium* notandum, contra Bodinum, *reſtitutionem in integrum* non valere in iis, quæ Rex, ut Rex, fecit, cùm ea reſtitutio ſit ex jure civili, cui nec communitas nec Reges ſubſunt.

§. 2. Quod ſi *certis legibus* eſt conſtitutus, irriti fiunt ii actus, qui talibus legibus adverſantur. Si quid fecit *ut privatus*, contractus illi regentur à jure privato, & ſic habebit reſtitutionem in integrum, niſi ipſe ſolverit ſe Legibus, quo caſu actio ex *jure naturali* judicanda, aut Leges actum irritum fecerint in pœnam agentis, quibus Rex non tenetur.

§. 3. *Juramentum Regis* eſt *irritum*, ſi ut privatus juravit, & ante tale juramentum irritum eſſe juſſit, non ſi poſtea fecit. De cætero, Reges non minus ac privati DEO ex juramento, (jure jurando) tenentur.

§. 4. Similiter & *promiſſis* rite factis, licet *ſine cauſa* promiſerint, *obligantur*.

§. 5. Idem & in *emtione*, *locatione*, *emphyteuſi* valet, in quibus, ut privati, tenentur Legibus civilibus, niſi ipſi tales actus eis exſolverint.

§. 6. Eſtque obligatio ex promiſſo & contractu talis, quæ jus dat *ſubditis*, etiam ex Legibus civilibus adverſus Regem. Si actus ejus ſit talis,

Digitized by Google

lis, qui poteſt fieri à quovis alio: Si ſit actus Regis, ut Regis, naſcetur inde actio, quâ declaretur jus creditoris, abſq; ulla tamen coactione.

§. 7. Poteſt tamen *ſubditis* jus ita quæſitum *auferri*, vel in *pœnam*, vel ex vi *ſupereminentis dominii*, ſi *exigat publica utilitas*, ſequente tamen compenſatione ex communi.

§. 8. Quod ſi *non exigat*, non poteſt, ſive jus quæſitum ſit ex jure naturali, ſive ex civili. Si facit, jure naturæ tenetur ad *reparandum damnum* Princeps, qui & jure illo ſupereminentis Dominii in ſolos uti ſubditos poteſt.

§. 9. Sed nec *Leges* ſunt *contractus* Regum, quia ex *his* jus adverſus Reges naſcitur, non ex *illis*, contractibusque ligantur ſoli contrahentes, legibus verò omnes. Poſſunt tamen *miſceri*, ut in contractu cum vicinis.

§. 10. Ex *contractu* tenentur etiam *ſucceſſores* Regum, ſi bonorum omnium, ita ut Regni ſunt hæredes, h. e. in regno *patrimoniali* ſuccedunt.

§. 11. At qui in regno *ſucceſſivo*, *electitiove*, illi non tenentur directè, ſed per *interpoſitam civitatem*, quæ dando imperium jus obligandi ſeſe transtuliſſe ad regem videtur.

§. 12. Non quidem in *infinitum*, ſed quatenus *neceſſarium* eſt ad exercendum imperium: nec tantùm ſi *utilis* fuerit obligatio, ſed & ſi *probabilis* ejus ſit ratio, quod in dubio de Regibus eſt præſumendum. Quod ſi contractus vergit ad *perniciem* publicam, declarari poteſt non ultra obligare, ut factus ſine conditione, quâ debe-

tur. Eadem intelligenda ſunt in *donationibus* Regum, ſi de iis rebus fiant, quæ Rex poteſt *alienare*. Nam ſi de *aliis*, ut partibus imperii aut patrimonio regni, contractus non valent.

§. 13. *Beneficia* regis, quæ de ſuo facit, non ſunt *revocabilia*, niſi in pœnam, aut ex jure ſupereminentis dominii revocentur. Quæ verò à ſolo legis eximunt vinculo, ſunt revocabilia.

§. 14. Sed hæc omnia pertinent ad Reges *juſtos*, eorumque ſucceſſores, non *invaſores*, qui ſucceſſores juſtos obligare non poſſunt; niſi quatenus ex ipſorum contractibus fortè facti ſunt *locupletiores*.

# CAPUT XV.

## De *fœderibus* ac *ſponſionibus*.

I. *Publica* conventiones *quæ*.

II. *Dividuntur in* fœdera, ſponſiones, pactiones *alias*.

III. Fœderum & ſponſionum *diſcrimen*, & in quid *ſponſiones obligent*.

IV. *Rejecta diviſio fœderum, quam* Menippus *facit*.

V. *Fœderum* diviſio *in ea, quæ* idem ſtatuunt *cum jure naturæ: & unde id natum:*

VI. *Et ea, quæ aliquid* adjiciunt: *quæ ſunt æqualia*;

VII. *Aut* inæqualia, *quæ rurſum dividuntur*.

VIII. *Fœdera cum his, qui* alieni ſunt à vera religio-

ligione licita eſſe jure naturæ:

IX. *Nec univerſaliter prohiberi lege* Hebræa;

X. *Nec* Chriſtiana.

XI. Cautiones *circa talia fœdera.*

XII. Chriſtianos omnes *obligatos ad fœdus ineundum adverſus* hoſtes Chriſtianiſmi.

XIII. *Si* plures fœderatorum *bellum gerant, cui potius opem ferri oporteat, diſtinctionibus explicatur.*

XIV. *An* tacitè renovatum *cenſeatur fœdus.*

XV. *An partis alterius* perfidia *alteram liberet.*

XVI. *In quid teneantur* ſponſores, *ſi ſponſio improbetur, ubi de* caudina ſponſione.

XVII. *An ſponſio non improbata obliget ex* notitia & ſilentio, *diſtinctionibus explicatur, ubi de ſponſione* Luctatiana.

§. 1. POſt generalem *contractuum* ſive inter *privatos* ſive *Reges* tractationem, aliquid de iis agendum, quæ *Conventiones publicæ* vocari ſolent, fierique nequeunt, niſi jure imperii majoris vel minoris.

§. 2. *Dividuntur* hæ conventiones in *fœdera, ſponſiones, pactionesque* alias.

§. 3. *Fœdera* ſunt, quæ fiunt, juſſu ſummæ poteſtatis, totumque populum obligant. *Sponſiones* ſunt promiſſa, populum tangentia, citra juſſum ſummæ poteſtatis, quæ populum non obligant, etiamſi in ea pars populi, ſed minor, conſenſerit. Tenetur autem is, qui ſpopondit, non tantùm dare operam, ut ſponſio præcedat, ſed &, niſi fiat, ad id omne, quod intereſt.



Digitized by Google

§. 4. *Fœdera* facit Menippus *triplicia, primi generis*: cùm bello victis dantur certæ Leges pro arbitrio. *Secundi*, cùm pares bello amicitiam ineunt, & in priſtinum ſtatum omnia reducunt. *Tertii*, cùm qui bella inter ſe geſſerunt, ſocietatem inſtituunt.

§. 5. Sed *rectius* dividuntur in ea, quæ conſtituunt, quod eſt *juris naturalis*, vel quæ aliquid *ei addunt*. *Illa* fiunt & inter hoſtes, & qui hoſtes nunquam fuere, quia jus illud naturale, ſtatuens cognationem hominum inter ſe, & ex ea nefas lædendi, ſæpe obliteratur: atque talia ſunt fœdera contra laudata olim latrocinia, fœdera hoſpitii, commerciorum.

§. 6. *Hæc*, quæ ei *addunt*, vel *æqualia* ſunt, vel *inæqualia*. *Illa*, quæ utrinque eodem modo ſe habent. *Hæc*, quæ modo impari. Utraq; aut pacis aut ſocietatis cauſâ fiunt. Quæ ſocietatis, aut ad belli, aut ad commerciorum, aut rerum aliarum ſocietatem ſpectant.

§. 7. *Inæqualia* promittuntur aut ex parte digniori, aut minus digna, fiuntque *hæc* poſteriora vel cum, vel absque imminutione imperii. Ad *ea*, quæ *imminuunt*, pertinent deditiones conditionatæ, quanquam his imperium totum transferatur. In eis, quæ *non imminuunt* opera, vel *tranſitoria* ſunt, vel *manentia*. Pertinent huc fœdera, quibus eosdem hoſtes & amicos quis jubetur habere, inimicos alterius per ditionem ſuam iter non dare, &c. Contrahunturque non ſolum inter *victos victoresque*,

ſed

ſed *potentiores* quoque ac *minus potentes*.

§. 8. Licet autem fœdera inire etiam cum iis, qui à *vera religione alieni* ſunt, ſi jus naturæ ſpectetur.

§. 9. Sic *Lege Teſtamenti veteris* licet, ſi non nocendi cauſâ fiat, vel *commerciorum*, vel *beneficiorum*. Nec de *ſocietate bellicâ*, cum eis ante legem Moſaicam diverſum quid apparet, vel in ipſa illa lege conſtitutum. Nam quod de reprehenſo *Joſaphato* objicitur, ejus cauſa eſt alia, nempe, quia peculiariter exoſum Deo juverat. Idem de reprehenſo *Amaſia* eſt intelligendum. *Aſſa* enim reprehenſus, quia diffiſus DEO eſt, ideoque fœdus iniit. *Salomonis* quoque ſententiæ de vitandis talibus, monita potius ſunt, quàm Legis præcepta.

§. 10. Etiam *lege Evangelica* prohibita hæc fœdera non videntur, ut quæ magis ſociet homines, & inimicis quoque beneficia præſtare jubeat, nec à convictu eorum arceat. Nam *Pauli dictum* 2. Cor. 6, 14. ad eos pertinet, qui convivabantur cum iis, qui convivia in ſacris idololatricis habebant. Nec contrarium infertur bene ex eo, quod *conjugia* contrahere cum eis, aut ſponte *imperia* eorum ſubire non debeamus; quia in his majus periculum, & vinculum diuturnius.

§. 11. *Cavendum* tamen in hujusmodi fœderibus, ne nimia conjunctio *contagium* adferat infirmis; quo pertinet diſtinctio ſedium & habitationum; deinde, ne *tueri* tantum cauſâ me-

 antur

antur extra *magnam neceſſitatem*, cùm extra hanc jus non ſit committere, quod religioni periculoſum poteſt eſſe.

§. 12. Quin imò cùm ſint *Chriſtiani* membra corporis unius, & ſervire Chriſto quisque debeat pro poteſtate ſibi conceſſa, contra *hoſtes Chriſtianorum*, omnes auxilio ſibi debent eſſe, fœderaque & inire, & inita pecuniis cæterisque rebus juvare, niſi qui ſimilibus malis domi tenentur.

§. 13. Porro ex *fœderatis pluribus* illi primùm ſuccurrendum, qui *juſtam belli habet cauſam*, ſive cum extraneo, ſive cum alio fœderato ei ſit negotium, *niſi* ſpecialiter conventum ſit, ne adverſus hunc auxilium præſtetur. Si *cauſa utrinque injuſta*, neutri ſuccurrendum. Si ſimul *fœderati plures* in alios iſtâ cauſâ bellum gerent, omnibus ſuccurrendum, quantum poteſt. Si præſentia promiſſa eſt omnibus, cùm præſtari nequeat, ei exhibenda, cum quo fœdus eſt *antiquius*.

§. 14. *Renovatum* fœdus non intelligendum *tacitè*, niſi ex actibus ejusmodi, quæ aliam interpretationem non recipiunt.

§. 15. Fœderis ab una parte *violatio*, liberat partem alteram, ni contrà ſit conventum.

§. 16. De *Sponſionibus* quæritur: *quousque* ſe extendat obligatio ſponſoris, ſi præſtare eam nequit? Hîc *primò* tenendum, quòd ad eum, qui ſummum habet imperium, nullatenus extendatur, nec ad id quod intereſt, nec ad reſtitu-

tionem

tionem præſtandam, ſed ad eos ſolos, qui *ipſi*, aut *quorum juſſu* ſpoponderunt. Quod ſi *poteſtatem paciſcendi* ſe habere publicam *ſimularunt*, tenebuntur ad reſtitutionem, ex damno per *dolum* dato; ſi *non ſimularunt*, ad id quod *intereſt*, quo caſu & corpora & bona eorum obligantur, licet illa non, niſi ad ſolam ſervitutem.

§. 17. Quid, ſi qui ſummum habet imperium, *novit* & *ſilet*? Si ſponſio facta *cum conditione*, ut rata habeatur ab ipſo, nec conditio impleta, ſponſio eſt nulla. Si *ſimpliciter*, ſilentium ſolum non ſatis idoneè arguit voluntatem & conſenſum, ſed ſi actus acceſſerit, qui ad aliam cauſam probabiliter referri nequit, atque hoc caſu etiam is, qui ſummum habet imperium, obligabitur.

# CAPUT XVI.

## De interpretatione.

I. *Quomodo* promiſſa *obligent* exterius.
II. Verba, *ſi aliæ conjecturæ abſint*, *intelligenda ex* proprietate populari.
III. *Verba* artis *ex arte*.
IV. Conjecturis *uſum eſſe ex ambiguitate vocum ex* ſpecie repugnantiæ, *aut quia ſe* ingerunt.
V. *Ut ex* materia:
VI. *Ex* effectu:
VII. *Ex* Conjunctis, *o*rigine, *aut etiam* loco:
VIII. *Quo pertinet conjectura ex* ratione movente, *quæ quando & quomodo locum habeat*.
IX. *Diſtinctio ſignificationum in* laxas *&* ſtrictas.

X. Di-

X. *Diſtinctio promiſſorum in* favorabilia, odioſa, mixta *&* media.

XI. *Rejecta circa actus populorum aut regum differentia* contractuum bonæ fidei *aut* ſtricti juris.

XII. *Ex dictis diſtinctionibus ſignificationum & promiſſorum* regulæ *formantur circa interpretationes.*

XIII. *An* ſociorum *nomine* futuri *veniant, & quatenus: ubi de fœdere* Romanorum *cum* Aſdrubale, *&* ſimilibus *controverſiis.*

XIV. *Quomodo interpretandum, Ne alter populus* alterius injuſſu *bellum generet.*

XV. *De illis verbis, liberam eſſe* Carthaginem.

XVI. *Quæ pacta* perſonalia *habenda, quæ* realia, *diſtinctionibus explicatur.*

XVII. *Fœdus cum rege initum extendi ad Regem* regno pulſum:

XVIII. *Non ad regni* invaſorem.

XIX. *Promiſſum ei, qui* primus *hoc fecerit, ſi* plures *ſimul fecerint, cui debeatur.*

XX. *Conjectura ſe ultro offerens, aut* extendit, *& quando id fiat:*

XXI. *Ubi & de* mandato *per aliud implendo:*

XXII. *Aut* reſtringit: *idque vel ex* defectu originario voluntatis, *qui colligitur ex* abſurdo.

XXIII. *Ex* ceſſatione rationis unicæ.

XXIV. *Ex* materiæ defectu.

XXV. (obſervatio *circa conjecturam proxime dictam.*)

XXVI. *Velut* caſus emergentis repugnantia *cum voluntate: ipſa nimirum ex* illicito:

XXVII. *Ex* onere *nimium gravi,* habita *ratione actus.*

XXVIII. *Ex ſignis aliis, ut ubi partes ſcripti inter ſe committuntur.*
XXIX. *Quæ tum regulæ obſervanda ſint.*
XXX. Scripturam *in dubio ad contractus validitatem non requiri.*
XXXI. *Regum contractus interpretationem ex jure* Romano *non ſumere.*
XXXII. *Verba conditionem acceptantis an offerentis magis ſpectanda, per diſtinctionem explicatur.*

§. 1 QUi *promiſit*, tenetur ad id, in quod *obligari voluit*. Sed quia, quid quiſque velit, *cerni* non poteſt, jure naturali is, cui promiſſum eſt, *cogere* promiſſorem poteſt ad id, quod *recta interpretatio* ſuggerit, cujus regula eſt mens, colligens hoc illudve ex *ſignis* maximè probabilibus. *Signa* ſunt aut *verba*, aut *conjecturæ* aliæ.

§. 2. *Verba*, ſi aliæ conjecturæ abſint, intelligenda ex *uſu populari*.

§. 3. *Artium vocabula* ex uſu eorum, qui artes illas intelligunt & tractant, *militaria* ex militarium, *juridica* ex Juris Conſultorum.

§. 4. Ubi verba *plures ſignificationes* accipiunt, *conjecturis* opus, aut ubi ſibi ipſis repugnant, aut ultrò contra vulgarem ſenſum exponi deſiderant.

§. 5. *Conjecturis* illis regula eſt, *primo materia* negotii, quæ talem exigit interpretationem.

§. 6. *Deinde* effectus, qui ſequitur alienus à ratione, ſi aliter exponatur.

§. 7. *Tertiò*, conjuncta origine, quæ diverſè

exponi

exponi nequeunt, etſi loco temporeve alio a- lioque dicta ſint.

§. 8. Ad hæc pertinet & *ratio legis*, à mente ejus diſtincta, ſicut in univerſum ratio, à qua voluntas movetur, ſive una ea ſit, ſive plures concurrant.

§. 9. Recipiunt autem verba *ſignificationes* plures, unam *ſtrictiorem*, aliam *latiorem*, vel quia *ſpeciei* nomen *generis* tribuitur, vel quia uſus *artis* latior, quàm *popularis*.

§. 10. In promiſſis quoque alia *favorabilia* ſunt, ut æqualia & utilitatem communem ſpectantia; alia *odioſa*, ut inæqualia & partem alteram gravantia, & pœnalia, & quæ actus faciunt irritos, & quæ de prioribus quid immutant. Quæ ex his miſcentur pro ratione *mixturæ*, vel favorabilia vel odioſa ſunt, niſi mixtio ſit æqualis, talis enim pro favorabili habetur.

§. 11. Quod autem Romani quædam *bonæ fidei*, quædam *ſtricti juris* vocant, id ad jus gentium non pertinet, niſi quatenus actui ineſſe intelligitur forma communiter in gente recepta.

§. 12. His obſervatis tenendum, quod in *non odioſis* verba ſint accipienda ſecundùm uſum *popularem* eumque *latiſſimum*. In *favorabilibus*, ſi jus intelligatur, tam laxè ſumenda, ut includant ſignificationes artis, quasve lex dedit: *impropriè* nil accipiendum, niſi abſurditas aut pacti inutilitas alioqui ſequeretur. *Strictè* quid accipiendum ad vitandam iniquitatem vel abſurditatem. Si *nil tale obſtat*, manendum in ſi-

gnificatu

Digitized by Google

gnificatu proprio. *Figuratè* verò aliquando quid accipiendum in odioſis, ut videtur onus.

§. 13. *Sociorum* nomine non veniunt *futuri*, ſi per hanc interpretationem fœdus diſſolvatur. Licebit tamen ſociis *poſtfactis*, niſi aliter conventum ſit, ex Jure Gentium ſuccurrere, etiam adverſus ſocios priores, manente ſalvo fœdere priore.

§. 14. Quod ſi conventum ſit, *injuſſu alterius* bellum non gerere, formula hæc de ſolo bello *offenſivo* erit exponenda.

§. 15. Si promiſſum, *liberam* fore civitatem, de libertate retinendæ ſedis etiam accipi oportebit.

§. 16. *Pactum cum populo libero*, reale habendum, nec mutari, mutatâ republ. in regnum, niſi cauſa ſubſit certa, quæ id tollat ob hanc formam. *Pactum cum Rege* quoque reale cenſetur, maximè ſi adjectum aliquid, quo oſtendatur, non perſonæ ipſius gratiâ tantùm actum. Si *conjecturæ* in utramque partem ſunt æquales, favorabilia credentur realia, odioſa contrà. *Favorabilia* autem fœdera ſunt, pacis gratiâ & commerciorum, ſed & ea, quæ belli defenſivi gratiâ ineuntur. Nec *obſtat*, quod juramento tantum obſtringant perſonam jurantis, cùm his tanquam firmamentis ſolis non innitantur, ſed pactis ac promiſſis.

§. 17. Ac ejusmodi quidem pactum ac fœdus cum *Rege* tam eſt firmum, ut maneat, licet in *exilium* ejiciatur.

§. 18.

Digitized by Google

§. 18. Nec tranſire queat ad *invaſorem*, qui proinde bello quoque poteſt peti, absque fœderis læſione.

§. 19. *Promiſſum ob certum factum*, ſi quis *primus* fecerit, pertinet ad omnes, partibus æqualibus, ſi *plures* id fecerint, ſimul eodem tempore.

§. 20. *Altera* ſequitur ratio exponendi, *conjecturæ*, quando vel *extendunt* vel *coarctant* promiſſa. De *his* notandum, in interpretatione *non temerè* admittendas, cùm obligationem extendunt; non ob rationem ſimilem in aliis, nec ob rationem probabilem aliam, ſed quæ unica efficaxque fuerit in ſua generalitate ad promittentem movendum. Ut in prohibitis muris ob eam cauſam, ne locus muniretur, prohibitus & agger putabitur.

§. 21. Similiter *mandatum per aliud* æque utile vel utilius impleri non poteſt, niſi certum ſit, id quod præſcriptum eſt, ſub conditione generali fuiſſe præſcriptum.

§. 22. Cùm verò obligationem *reſtringunt*, admittendæ *primùm*, cùm deficere voluntas videtur ob evidens *abſurdum*, quod inde ſequitur, ſi latius accipiatur, quia nemo abſurda velle creditur.

§. 23. *Deinde* cùm deficere videtur *ratio*, quæ unica impulit ad promiſſionem, quia talis ſub ratione certa facta promiſſio non conſideratur, ut nuda.

§. 25. Non verò admittendæ *reſtrictiones*, cùm ſub ratione veniunt res moraliter exiſtentes ſecundum

cundum potentiam, vel cum conſiderantur aliqua, quæ fieri poſſe ſperantur vel timentur. Sed nec promiſſa ceſſant, rebus quoquo modo mutatis, niſi in reſpectu peculiari ad illum ſtatum rerum facta fuerint.

§. 26. Admittendæ quoque cùm ob cauſam emergentem ſuboriri aliàs videtur *repugnantia cum voluntate promittentis*. Ut cùm, ſi ſic laxè ſequeremur promiſſum, faceremus, quæ pugnant cum præceptis *naturalibus* aut *divinis*, quod nemo velle creditur. Ut ſi quis *gladium* depoſitum redderet facto furioſo; aut *pecuniam* depoſitam, cognito vero Domino, depoſitori.

§. 27. Vel cùm adigeremur ad *nimis gravia & intolerabilia*, ut ſi quis promiſit auxilium alteri, reſtringenda erit promiſſio, ſi promiſſor ipſe domi ſuæ periclitetur. Non verò admittendæ ideo tantùm, quod promiſſio ei videatur *inutilis*, cui eſt facta, vel promiſſori quoquo modo *noxia*.

§. 28. Admittendæ quoque ſunt ex *ſignis aliis*, ut cùm *pars ſcripti* cùm parte alia confertur.

§. 29. In qua *collatione* prævalent ea, quæ *jubent*, iis, quæ *permittunt*; ea quæ certum exigunt *tempus*, iis, quæ non exigunt; ea, quæ *vetant*, iis, quæ *jubent*; ea, quæ magis *ſpecialia*, iis, quæ *generaliora*; ea, quæ *cauſas* habent magis juſtas utilesve, iis, quæ minus habent; ea, quæ *poſteriora*, iis, quæ *priora* ſunt.

§. 30. Contractus in *dubio* cenſetur perfectus etiam *ſine ſcriptura*, niſi aliter conventum ſuerit

§. 31. Si qui verò inter *Reges* fiunt contractus, ii ex jure *Romano* definiri nequeunt, niſi ubi id valet pro jure *gentium*.

§. 32. *Conditionem* aliquam accipientis verba in dubio formam dant negotio, & idcirco ſpectari debent, ſi abſoluta ſint, aut ſi per affirmationem ſolam reſpiciant verba offerentis.

## CAPUT XVII.

# De *damno* per injuriam dato, & obligatione, quæ inde oritur.

I. Culpam *obligare ad reſtitutionem damni.*

II. Damnum *intelligi, quod pugnat cum jure ſtrictè dicto.*

III. *Accuratè diſtinguendam* aptitudinem à jure ſtrictè dicto, *ubi concurrunt.*

IV. *Damnum & ad* fructus *pertinere.*

V. *Ad* lucrum *ceſſans quomodo?*

VI. *Damnum dare* facientes primariò:

VII. *Et* ſecundariò:

VIII. *Idem* non facientes *quod debent*: primariò,

IX. *Et* ſecundariò:

X. *Qualis* efficacia *circa actum ad hoc requiratur.*

XI. *Quo* ordine *teneantur.*

XII. *Obligationem extendi etiam ad damnum* conſequens.

XIII. *Exemplum in* homicida.

XIV. *In eo, qui aliter* vim intulit:

XV. *In* adultero *&* ſtupratore:

XVI.

XVI. *In* fure, raptore, *&* aliis:

XVII. *In eo, qui* cauſam *promiſſioni dedit per* dolum *aut* metum *injuſtum.*

XVIII. *Quid ſi metu juſto* naturaliter?

XIX. *Quid de metu, quem* jus gentium *pro juſto habet?*

XX. Poteſtates civiles *quatenus teneantur ex damno per ſubditos dato: Ubi quæſtio de* prædis in mari actis *in ſocios contra imperium publicum.*

XXI. *Naturaliter ex* animalis *ſui, aut* navis *ſuæ facto ſine culpa neminem teneri.*

XXII. *Damnum dari, &* *adverſus* famam *&* honorem, *& quomodo reparetur.*

§. 1. QUemadmodum ex lege ſive jure dominii, itemque pacto, ſic & *ex maleficio* naſci obligatio ſolet ad damni reſtitutionem. Eſt autem MALEFICIUM culpa in faciendo, aut non faciendo eo, quod debet.

§. 2. *Damnum* autem, quod quis habet minus, quàm quod ſuum eſt. *Suum* cuique naturaliter eſt *vita*, ad cuſtodiendum. Item, quod ex *Dominio* aut *pacto* habetur. Item, quod ex *lege publica* cuique in quacunque re tribuitur. Non verò id, ad quod *aptitudinem* ſolùm aliquam habemus.

§. 3. *Diſtinguenda* autem *aptitudo à jure ſtricto.* Sic *aptus ad officium* licet jus proprium non habeat ipſe, tamen ſi eo præterito eligatur *ineptus*, jus habet contra eligentem, in quantum ex eo Reſp. paſſa eſt damnum. Ita quilibet aptus jus habet officium petendi, legata capiendi, in quo vi aut dolo impediri non debet.



Digitized by Google

§. 4. Pertinet verò damnum etiam ad *fructus*, quos quis ex re potuiſſet percipere.

§. 5. Et *lucrum ceſſans*, quatenus ſpecies erat certa & vicina actui.

§. 6. Ac ex tali damno quidem *tenetur* primò is, qui *dedit*; proximè is, qui *juſſit*, *conſenſum* neceſſarium adhibuit, *adjuvit*, receptum *præſtitit*.

§. 7. Denique qui *conſilium* dedit, *laudavit*.

§. 8. Aut, qui ex jure propriè dicto *vetare* debuit, aut *opem ferre*, & id facere *omiſit*.

§. 9. Vel non *diſſuaſit*, quod debuit, aut *retinuit*, quod non debuit. Oportet autem aliquem hoc debere ex *Lege*, aut *peculiari qualitate*, non ex nuda *charitate*, quæ ad reparationem non obligat.

§. 10. Tenebuntur verò tum denique, ſi hoc ejusmodi eorum *factum* aut *non factum* cauſa fuit, cur alter damnum inferret, non ſi ipſe abſque eo damnum erat illaturus. Nec excuſabuntur, etiamſi *alii hoc idem* fuiſſent facturi, quod fecerunt ipſi.

§. 11. *Primò* autem *tenetur*, qui *imperavit*, deinde qui *fecit*, poſtremo *cæteri*; & *ſinguli in ſolidum*.

§. 12. Pertinetque illa obligatio etiam ad id damnum, quod *prius* ſequitur, præſtandum.

§. 13. Sic *homicida* tenetur ad impenſas in Medicos, & alimenta pro iis, quos occiſus alere debuerat.

§. 14. *Mutilator* ad id, quod mutilatus jam minus poteſt lucrari.

§. 15.

§. 15. *Adulter* ad impenſas factas in alienam prolem, & præſtandum liberis cæteris damnum ob minutam hæreditatem. *Stuprator* ad id, quanti minoris ſpes nuptiarum ipſius facta eſt; aut ipſas nuptias, ſi promiſit.

§. 16. *Fur*, ad rem, cum fructu & lucro reddendam; vel ſi perierit, ad æſtimationem mediam. Pariter tenetur, qui *vectigalia* fraudaverit, aut *judicio*, *accuſatione*, *teſtimonio* injuſto damnum dedit.

§. 17. Qui cauſam promiſſioni dedit *dolo* aut *metu*, ad reſtitutionem in integrum; Qui *pecuniam* accepit propter id, quod ex officio facere tenebatur, ad ejus redditionem.

§. 18. Non verò, qui *vim* aut *metum juſtum* intulit.

§. 19. Pro quaſi hactenus habetur à *bello ſolenni* illatus, ut ne quid ex eo cœptum poſſit repeti. Qualis hoſtis, cùm *pirata* vel *latro* non ſit, repeti ab eo metu expreſſum non poterit, *niſi* intervenit *juramentum*.

§. 20. *Magiſtratus*, qui remedia adverſus *latrones* non adhibuit, quæ debebat, ad reſtitutionem damni tenetur. At ubi *præda* agitur in *ſocios*, contra publicum imperium, ſub prætextu impetratæ prædandi veniæ in hoſte, ultrà, niſi ut ſi poſſit, noxios puniat aut dedat, & in bona eorum jus curet reddi, non tenetur.

§. 21. Sic nemo tenetur ex damno ab *animali* ſuo, aut *navi* ſua facto alii, ſine ſua culpa, ex jure naturali.

§. 22. In damno adverſus *famam* dato, reſpectu damni, tenetur ad reparationem, qui peccavit, h. e. confeſſionem culpæ, teſtimonium innocentiæ, &c. reſpectu actus vitioſi ad pœnam.

# CAPUT XVIII.

## De *Legationum* jure.

I. *Obligationes quaſdam ex jure* gentium *naſci, ut jus legationum.*

II. *Inter* quos *locum habeat.*

III. *An ſemper* admittenda *legatio.*

IV. *Adverſus legatos, pericuſoſa molientes,* defenſionem *licitam, non* exactionem pœnæ.

V. *Legationis jure* non teneri *eum, ad quem legatus miſſus non eſt.*

VI. Hoſtem, *ad quem miſſus eſt legatus*, teneri:

VII. *Nec opponi poſſe* jus talionis:

VIII. *Jus hoc & ad* comites *legatorum porrigi ſi legati voluerint:*

IX. *Et ad* bona *mobilia.*

X. Exempla *obligationis ſine cogendi jure.*

XI. Quanti *ſit hoc jus legationis.*

§. 1. POſt obligationes ex jure *naturæ*, de quibus hactenus, ſequuntur obligationes ex jure *gentium voluntario*. Hujus generis eſt ea, quæ ex ſancto apud gentes legationum jure oritur.

§. 2. *Gaudent* autem hoc legationum jure ſoli illi, qui à *ſummis utrinque poteſtatibus* mittuntur, & ſi

& ſi forte pars una impari teneatur *fœdere*, aut ex parte quadam ſint *ſubditi*: Nec excipiuntur miſſi in *bellis civilibus*, ob neceſſitatem; & à *piratis*, ſed hi tum demum, ſi eis data fuerit fides.

§. 3. Cæterùm juris hujus *primum Caput* eſt, ut Legati *admittantur, niſi certa obſtet cauſa*, ut: ſi qui *mittit*, hoſtiliter ſe adverſus nos gerit, aut aliàs inſigniter eſt ſceleratus; Si qui *mittitur*, ex peculiaribus cauſis eſt inviſus; Si *cauſa mittendi* eſt ſuſpecta, aut non ex dignitate; aut non conveniens tempori; aut planè aliena, ut eſt illa eorum, qui Legati Reſidentes nuncupantur.

§. 4. *Secundum* Caput, *ne violentur*, quod ſapientum judicio, pertinet etiam ad eos, qui *hoſtilia* patrant, nulloque modo reos ipſos agi ſinit. Videturque privilegii natura poſtulare, ut habeant quid *ſupra jus commune*, atque ita ſecuritatem à vi etiam juſta, cùm hoc ſit utiliſſimum, poſſitque ad pœnam de eo ſumendam adigi, qui miſit, aut peti bello. Unde ſequitur, ſi *delictum* tale eſt, quod poſſit contemni, diſſimulandum eſſe, aut Legatus jubendus finibus excedere. Si ad malum ſpectat publicum, ſi aliâ ratione evitari non datur, poterit retineri & interrogari. Quod ſi malum jam illatum eſt, *pœna* de eo ſumi non poteſt.

§. 5. *Obligatio* hæc incipit poſt admiſſionem: itaque ut nulla ſit, denunciari poteſt, ne legati mittantur. Et quia pertinet ad eos ſolos, qui admittuntur, ſi per terras noſtras ad hoſtes noſtros iter faciunt, poſſunt *vinciri*, aut etiam *oc-*

*cidi.* Sin ob cauſam nullam idoneam detinentur, violatur non hoc *gentium jus*, ſed *amicitia*, aut *dignitas* illius, qui miſit.

§. 6. Nihil autem obſtat, licet *hoſtis* ſit, qui *admiſit*, ut ad jus hoc obligetur.

§. 7. Aut qui *miſit*, Legatos noſtros malè habuerit, cùm hic *talionis jus* non valeat.

§. 8. Porro ſunt inviolabiles *& comites legati & res ipſius*, verùm quatenus Legatus ipſe voluerit, itaque ſi peccent, poſtulari poterit, ut puniantur aut dedantur. Si nolit, cum ipſis faciendum, quod de Legato dictum. Non tamen inviolabiles *alii*, qui ad eum, ut *aſylum* fugiunt; niſi voluerit is, apud quem agit.

§. 9. Legati *bona* quoque pignoris cauſâ vel in ſolutionem debiti capi non poſſunt, ſed amicè compellandus ipſe, aut is, qui miſit. Si detrectet, agendum cum eo, ut cum quibusvis aliis *extra terram noſtram debitoribus.*

§. 10. Nec eſt metus, ut *creditores* nullos inventuri ſint Legati, ſiquidem & Regibus creditur, & aliis apud populos nonnullos, apud quos *crediti actio* non datur.

§. 11. Quod ſi quid *contra hoc jus* committitur, *bellum* inde exiſtit, cujus *exempla* infinita fere in hiſtoriis occurrunt.

## CAPUT XIX.

### De Jure *ſepulturæ.*

I. Ex

I. *Ex eodem jure gentium naſci* jus humandi mortuos.
II. *Unde* ortum?
III. *Deberi & hoſtibus.*
IV. *An & inſigniter* facinoroſis?
V. *An & his, qui* ſe interfecerint?
VI. *Quæ* alia *ex jure gentium debeantur.*

§. 1. AD idem juris Gentium pertinet caput, & illa obligatio, quæ eſt ex jure ſepulturæ. Nam *ſepultura* omnibus debetur hoc jure, quod propter antiquitatem & religioſam obſervationem *humanitati* ipſi, imò *Diis* adſcribere conſueverunt.

§. 2. *Ortum* verò id exiſtimant vel ad abolendam *feritatis gygantæa*, quâ devorabantur mortui, memoriam, vel ad ſponte faciendum, quod *natura* factura erat, quæ in terram corpora humana redigit, vel ad *reſurrectionis* faciendam ſpem, vel, quod ſimpliciſſimum videtur, ne hominis *nobiliſſimi animalis* corpus, ab ignobiliſſimis beſtiis devoraretur, aut aliàs indignè protereretur. Itaque officium non tam homini, quàm *humanitati* ipſi debitum, quod proinde ne ipſis quidem *hoſtibus* negandum.

§. 3. De quo adverſus hoſtes debito, teſtantur & *dicta* & *exempla* veterum infinita, tamque ſanctum habitum hoc ſepeliendi mortuos officium, ut illius cauſâ etiam *res ſacras vendi* poſſe Chriſtiani veteres putaverint.

§. 4. Negant aliqui *ad* inſigniter facinoroſos *hoc officium pertinere.* Sed Lex Hebræa *ſuſpenſos patibulo* jubet ſepeliri, & apud Homerum Ægiſthus,



Digitized by Google

hus, *parricida* Regis, terræ mandari legitur. Romani quoque damnatorum & ſupplicio affectorum corpora concedebant *cognatis*, ſepelire volentibus ea.

§. 5. *Excipiuntur* ſoli illi, qui *ſe ipſos interfecerunt*, etiam apud Hebræos, idque ideò, quia nec aliud in eos haberi ſupplicium poteſt, & hoc à vivis metuitur, qui ſic ab hoc flagitio deterrentur. Pro flagitio enim id habuerunt & Platonici, & Indi, & Perſæ, & multi alii, etiam Hebræi, niſi quis viderit, ſe deinceps victurum in *probrum* ipſius DEI. Apud Græcos tamen & *ſacrilegis* & *proditoribus* ſepultura negari conſuevit. Quod ſi negatur aliàs & *ſine cauſa*, bellum inde exiſtit, ut exempla teſtantur.

§. 6. *Pertinent* & *alia* quædam ad hoc jus gentium voluntarium, quæ ex eo formam & vim contra exceptiones accipiunt, ut *poſſeſſio longo tempore*, *ſucceſſiones ab inteſtato*, *debita ex contractu inæquali*, & id genus.

## CAPUT XX.

### De *Pœnis*.

*I. Pœnæ* definitio *&* origo.

*II. Spectare pœnam ad juſtitiam* expletricem, *& quomodo.*

*III. Pœnam* certæ perſonæ *naturaliter non deberi, ſed exigi pœnam licitè, quo ad jus naturæ, ab eo, qui* paria *non deliquerit.*

*IV. Pœ-*

IV. *Pœnam* utilitatis *alicujus cauſâ exigendam, inter* homines *aliter, quàm apud* Deum, *&* *quare.*

V. *Quo ſenſu* ultio *naturaliter ſit illicita.*

VI. Utilitas *pœnæ* triplex.

VII. *Pœna ad utilitatem ejus, qui* deliquit: *eamque à* quolibet exigi *naturaliter, cum diſtinctione tamen:*

VIII. *Item ad utilitatem ejus,* in quem *peccatum eſt, ubi de ultione* licita *jure Gentium:*

IX. *Item ad utilitatem* quorumlibet.

X. *Quid* lex Evangelica *circa hanc materiam conſtituerit.*

XI. *Solvitur argumentum ſumtum à* Dei miſericordia, *in Evangelio patefacta:*

XII. *Et à præciſione* pœnitentiæ.

XIII. *Rejiciuntur* imperfectæ diviſiones *pœnarum.*

XIV. Chriſtianis privatis *non eſſe tutum, pœnam exigere, etiam ubi jure Gentium id licet:*

XV. *Aut ſpontè ad* accuſationem *proſilire.*

XVI. *Aut* judicia capitalia *affectare.*

XVII. Leges humanæ, *quæ interfectionem ad pœnam permittunt, an* jus *dent, an* impunitatem *ſolam, diſtinctione explicatur.*

XVIII. Actus internos *non eſſe punibiles inter homines:*

XIX. *Nec actus* externos, *quos fragilitas humana nequit vitare.*

XX. *Nec actus, quibus* ſocietas humana *nec directè nec indirectè læditur: cujus rei cauſa redditur.*

XXI. *Rejicitur ſententia, ſtatuens,* ignoſcere *nunquam licere.*

XXII. *Oſtenditur, id licere,* ante *legem pœnalem.*

XXIII.

XXIII. *Non tamen ſemper.*

XXIV. *Etiam* poſt *legem pœnalem.*

XXV. *Quæ ad id faciendum probabiles cauſæ* intrinſecæ.

XXVI. *Quæ* extrinſecæ.

XXVII. *Refellitur ſententia, ſtatuens, nullam eſſe juſtam cauſam* diſpenſandi, *niſi quæ per modum exceptionis tacitè inſit legi.*

XXVIII. *Pœnæ* taxatio *ex merito:*

XXIX. *Spectari hic* cauſas impellentes, *quæ inter ſe comparantur:*

XXX. *Item cauſas, quæ à peccando* abſtrahere *debuerant, ubi de gradibus præceptorum Decalogi, quæ proximum tangunt, & alia quædam:*

XXXI. *Item* aptitudinem peccantis *ad utrumque, quæ variè ſpectatur.*

XXXII. Meritum pœnæ *extendi poſſe ad majus nocumentum, quàm quod peccans intuitit: & quare.*

XXXIII. *Rejicitur ſententia de* proportione harmonica *in pœnis.*

XXXIV. Minui *pœnam ex caritate, niſi major caritas obſtet.*

XXXV. Facilitas peccandi *quomodo ad pœnam incitet: item* conſuetudo peccandi, *quomodo ad pœnam incitet: aut ab ea retrahat.*

XXXVI. Clementiæ *uſus ad pœnas minuendas.*

XXXVII. *Ad ſuperiores locos, referuntur, quæ* Hebræi *&* Romani *in pœnis ſpectari volunt.*

XXXVIII. *De* bello *ad pœnam.*

XXXIX. *An* juſtum *ſit bellum ob* delicta inchoata, *diſtinctione explicatur.*

XL. *An reges & populi bellum rectè inferant ob ea, quæ contra* jus naturæ *fiunt, non tamen adverſus*

adverſus ipſos ipſorumve ſubditos, explicatur, rejectâ ſententiâ, ſtatuente, naturaliter, ad pœnam exigendam, requiri jurisdictionem.

XLI. Diſcernendum jus naturæ à moribus civilibus latè receptis.

XLII. Et à jure divino voluntario, non omnibus cognito.

XLIII. In jure naturæ diſcernenda manifeſta, à non manifeſtis.

XLIV. An ob delicta in Deum bellum ſuſcipi poſſit.

XLV. Notitiæ de Deo maximè communes, quæ, & quomodo primis Decalogi præceptis indicentur.

XLVI. Quibus primi violant, puniri poſſe.

XLVII. Non item alios, quod oſtenditur argumenta legis Hebrææ.

XLVIII. Bella juſtè non inferre iis, qui Chriſtianam religionem amplecti nolunt.

XLIX. Juſtè inferri iis, qui Chriſtianos ob ſolam religionem crudeliter tractant.

L. Non etiam his, qui circa legis divinæ interpretationem hallucinantur: quod auctoritatibus & exemplis illuſtratur.

LI. At illis juſtè, qui in Deos, quos putant, impii ſunt.

§. I. QUandoquidem huc uſque actum eſt de reparatione, ob quam oriri bella diximus Cap. I. hujus Libri, ſequitur, ut nunc alteram partem bellorum, ex factis injuriis orientium, exponamus, hoc eſt pœnas. Eſt autem POENA malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis; ad quod malum referuntur & incommoda

moda actionis, & per ſimilitudinem, morbi & id genus. Talis pœna, ut qui malè fecit, malum ferat; *licita* eſt jure naturæ, ut & Philoſophi & S. Patres Chriſtiani teſtantur.

§. 2. Pertinet autem *jus puniendi* ad juſtitiam expletricem ſive commutativam, quia qui peccat, ſe obligat ad pœnam, ſicut qui vendit, ad id, quod contractus natura exigit, qua ex obligatione alteri jus naſcitur adverſus peccantem.

§. 3. Cæterùm, *cui* illud puniendi jus acquiratur, per naturam non determinatur, conveniens tamen oſtenditur eſſe, ut ſit *ſuperior*, ſaltem quatenus non ſimile quid peccavit; nam qui *ſimili* peccato eſt implicitus, ei ob æqualitatem jus hoc competere non poteſt.

§. 4. Quanquam autem ex hoc jure ſequatur, *nocentem poſſe puniri abſque injuria*, puniendum tamen eſſe, non ſequitur, cùm multi non puniverint, & ideo ſint laudati, ſed tantùm demum, cùm id *certa utilitas* requirit.

§. 5. Nam *ſola ultio* repugnat juri naturæ, ut quæ oriatur ex pravo affectu repugnante rationi, quæ juris naturalis eſt fundamentum. Nec quiſquam ideo tantum debet puniri, ut puniatur.

§. 6. *Utilitas pœnæ* eſt *vel* ejus, qui punitur, ſcilicet ut per eam, quippe quæ conjuncta eſt cum dolore, abſtrahatur à ſimilibus peccatis, atque ita emendetur.

§. 7. *Jus ita puniendi* jure naturæ *cujusvis eſt judicio valentis, & ſimili delicto non implicati*, quod jura civilia ad proximos *cognatos* reſtrinxerunt.

§. 8.

§. 8. Vel eſt utilitas *ejus*, adverſus quem peccatum eſt commiſſum, ſcil. ne ſimile quid poſtea pati cogatur. Id *fit* vel *ſublatione delinquentis*, vel *diminutione virium*, ut peccare non poſſit, vel *contraria aſſuefactione*, ut peccare non velit. Jus ita puniendi ſimiliter jure naturæ *cujusvis* eſt, etiam privati. Quo proinde intuitu vindicta ſæpe dicitur licita, non à paganis modo, ſed & Chriſtianis. Sed quia ſæpe *privati* corrumpuntur affectibus, ideò poſt inſtituta judicia, *ſolis judicibus* hæc poteſtas eſt tributa, quæ nunquam ceſſat, niſi ubi judicia ſunt nulla, aut Nomadum more vivitur. Unde olim nata ſunt *duella* apud Germanos aliasque gentes, aut denique, ubi judicem communem non agnoſcunt, unde bella publica primùm extiterunt.

§. 9. Vel eſt *utilitas aliorum quorumlibet*, ut ne & *ipſis* à peccante noceatur, aut alii *exemplo* ejus alliciantur ad peccandum. Cujus ſimiliter poteſtas eſt jure naturali, apud quemlibet puniendi: at in Rep. quatenus non repugnat *legibus*. Nam cùm olim eo jure uterentur viri *probi*, quod natura dat, poſteaque compertum eſſet, alios per *æquitatis ignorationem* aut *indiligentiam* in hoc negotio delinquere, datum eſt judicibus, viris prudentiſſimis ad id electis: Manet tamen inter eos, qui *communem judicem* non agnoſcunt, & apud Hebræos contrà *deficientem à DEO*, etiam ducem: apud alios populos contra *ſervos*; apud quosdam etiam contra *filios & natos*.

§. 10.

Digitized by Google

§. 10. Cæterùm *Lege Evangelica* jus illud naturale in aliquibus *impeditur*. Etſi enim *caſtigationes* concedat iis, quibus Leges humanæ permittunt, tamen *ultionem*, quæ exſatiat dolentis animum, adeò non concedit, ut velit *inimicos* etiam diligi, eisque benefieri; imò illam quoque vetat, quâ in futurum cavetur, ne noceatur, ſi, qui nocuit pœnitentiam oſtendat, aut damnum illatum non fuit nimis grave. Quod ſi neutrum horum eſt, & periculum ex diſſimulatione metuendum, cum *cautione* vult eſſe contentos nos, quæ delinquenti minimum nocet. Denique illas ſolas permittit pœnas, quæ publico bono conſulunt, tollendo aut coërcendo nocentem.

§. 11. Sed *objiciunt* hîc quidam ſummam DEI *patientiam*. At ſolet DEUS, præſertim poſt patefactum Evangelium facinoroſos graviſſimè, etiam in hac vita, punire. *At ajunt*, remittendam ſaltem pœnam, ſi *pœnitentiam* agant. Sed DEUS quoque non à minori aut *temporali* pœna exemit, qui poſt delictum pœnitentiam egerunt.

§. 12. *Alii ajunt*, cum *vita* adimi *ſpatium ad pœnitendum*. Sed ſolent pii Magiſtratus tempus dare agnoſcendi peccata. Nec *obſtat*, majori tempore magis ſeriam eſſe poſſe pœnitentiam, cùm quidam ſint tam perditi, ut redeant ad facinora, & ideò ſanari, niſi morte, non queant. Itaque permiſſa Chriſtianis ſunt *ſupplicia capitalia*, qui tamen facient non malè, ſi quantum

poteſt,

poteſt, ea in quaſcunque alias corporales pœnas permutent.

§. 13. *Utilitates*, quas recenſent *Taurus* & *Seneca*, ſpectandas eſſe in pœnis, minus perfectè enumerantur, & ideò ex prædictis adimplendæ ſunt.

§. 14. Porrò ex prædictis liquet, *periculoſum* eſſe Chriſtiano privato, pœnas ſumere, præſertim capitales ab aliis, etiam licitas jure gentium; rectèque facere Magiſtratus, qui privatos inſtruunt *mandatis* in talibus caſibus, ut, cùm *piratas* proſequi data occaſione debent.

§. 15. Ex eadem cauſa paſſim *accuſare capitis* non cuilibet permiſſum, ſed certis perſonis publico mandato.

§. 16. Liquet quoque inconſultum eſſe Chriſtiano, *munus judicandi*, maximè in Capitalibus, ſuppliciis affectare.

§. 17. De pœnis autem *Capitalibus*, quas permittit lex humana, ſciendum, ſolam dare *impunitatem*, non etiam *internum jus*, ſi eas indulget propter dolorem tantùm. Si verò periculum reſpicit futuri mali, quia punientes facit publicas quodammodo perſonas, tribuere juſtitiam internam.

§. 18. Puniri verò ab hominibus nequeunt *actus omnes vitioſi*, ut primò *interni*, niſi quatenus influunt in externos.

§. 19. Deinde nec *externi*, quos evitare humana imbecillitas non poteſt. Quod ſi quæ privatim ab hoc homine, & tali tempore non

H poſſunt

poſſunt evitari delicta, puniuntur ob pravos actus *antecedentes*, quibus facta ſunt inevitabilia.

§. 20. Tertiò, qui nec directè, nec indirectè ſpectant *ſocietatem humanam*, aut homines, excepto, cùm quis *emendandi* cauſâ punitur, ut fiat melior. Quartò, qui oppoſiti ſunt *virtutibus* ejusmodi, quæ coactionem non admittunt.

§. 21. Pœnam etiam *remittere*, licet negent *Stoici*, tamen licitum interdum.

§. 22. Et quidem *ante* legem pœnalem conſtitutam, ſi finis non eſt neceſſarius, ut ſi peccatum *paucis cognitum*; ſi fines alii æquè utiles obſtent, ut ſi *bene merita* priora occurrant; Si *fines* aliter poſſunt obtineri, ut ſi *verbis* poteſt corrigi, qui pœnam meruit majorem.

§. 23. Quod ſi ſcelus *peſſimi exempli*, remitti non poteſt; vel ſi *bonum publicum* exigit omitti, remitti etiam debet; aliàs licitum utrumque erit.

§. 24. Licitum quoque eſt remittere *poſt* inſtitutam legem pœnalem, quia *legis autor*, ut ceu totius civitatis perſona conſideratur, legem ipſam poteſt tollere. Sed ſicut hoc, niſi ex *probabili* cauſa, facere non debet, ita nec pœnam, quæ eſt vinculum ipſius.

§. 25. Talis cauſa *intrinſeca* eſt, ſi pœna, licet non injuſta, *durior* tamen eſt.

§. 26. *Extrinſeca* verò, ſi *meritum* antecedens aut aliud quid commendans exigat, aut *ſpes* eximia ſit in poſterum, maximè ſi peccatum ſit per *ignorantiam* aut *animi infirmitatem* difficulter ſuperabilem.

§. 27

§. 27. Nam quod *Vasquius* remitti pœnas tantùm poſſe putat eo caſu, in quo legis autor conſultus ipſe videtur fuiſſe remiſſurus, errat, & inter veram legis expoſitionem, illiusque relaxationem non diſtinguit.

§. 28. Cæterùm in pœnis danda opera, ne quis *ultra meritum* puniatur. Unde & pœnam vocant *æſtimationem &* æqualitatem non tamen ſimpliciter, ſed reſpectu *propoſiti* iſtius, qui deliquit.

§. 29. *Meritum* æſtimatur ex *cauſâ*, quæ impulit, aut retrahere debuit, & perſonæ ad eam aptitudine. Si impulerunt illi *affectus*, quibus difficillimè reſiſtit natura humana, ut metus mortis, carceris, &c. delictum eſt maximè excuſabile.

§. 30. Si *injuſtitia*, quæ debuit retrahere, non retraxit, tanto ſemper erit gravius, quo delictum proceſſit ulterius, minimèque grave illud, quod minimè *conſummatum* fuit, quodque minimè *communem ordinem* perturbavit. In cæteris minimum, quod *res*; majus, quod *familiam & matrimonium*; maximum, quod *vitam* concernit. In quarum rerum æſtimatione etiam id conſiderandum, quod mali probabiliter eſt *ſecuturum*; Item *vitium animi* acceſſorium, ut impietas, inhumanitas, & ſi *ſæpius* fuerit peccatum, quo intuitu æſtimari vita dicitur antecedens.

§. 31. Si perſona propter corporis *temperamentum*, *ætatem*, *ſexum*, *educationem* difficiliùs potuit uti judicio & eligere honeſtum, delictum minus erit cenſendum. H 2 §. 32.

Digitized by Google

§. 32. *Æqualitas* autem pœnæ æſtimatur non ex nudo *rerum* damno, ſed *aliis circumſtantiis*, cùm æquum ſit, ut majus periculum nocentis ſit, quàm innocentis, quo reſpectu cùm non poſſit dari major pœna, quàm *capitis*, cruciatus *alii* quandoque adduntur.

§. 33. Spectatur quoque ex conditione *patientis*, cùm impoſita ſimili *pecuniaria* pœna, minus patiatur *dives*, quàm *pauper*, & tamen pœna delicto æqualis eſſe debeat, non *harmonicè*, ſed *arithmeticè*, ſicut in contractibus fieri conſuevit.

§. 34. Quanquàm hæc æqualitas poſſit minui ob *charitatem* debitam erga delinquentem, niſi alia *major* charitas plurium, in ſimile ab eo periculum incurrendorum, prohibeat.

§. 35. Periculum eſt ex eo, ſi *facilius* delictum committitur, ut furtum in paſcuo, quod, ac de domo, gravius punitur. Aut ſi *conſuetudo peccandi* invitat, tùm enim, exempli cauſâ, pœnæ acrimonia augetur.

§. 36. Ubi tale periculum non eſt, nec neceſſitas urget, *minui* potius debent pœnæ.

§. 37. Hæc de pœnis: nec aliud vel ex *Maimonide*, vel *Saturnino* JCto proditum eſt de ipſis.

§. 38. Porro pœnæ ſumendæ cauſâ. *bella* ſuſcipi certum eſt, nec iniquum, licet non ex quolibet delicto, quemadmodum i. e. delicta quælibet puniri fas eſt.

§. 39. Imò id in tantùm fas eſt, ut liceat ſuſcipere etiam ob delictum *inchoatum*, malumque *medi-*

*meditatum*, ſi de eo ex certis actionibus externis conſtat. Non tamen ſemper, niſi & *res gravis* ſit, & ex actione iſta externa jam aut malum aliquod ſit ſecutum, aut periculum, ut ſic cum cautione vindicatio conjungatur.

§. 40. Quin & ſuſcipere licebit adverſus delinquentes non in ſe ſuosve, ſed in *jus gentium ac naturæ immani modo*: quia puniendi jus à natura commune, poſtea datum certis, non quà imperant, ſed quia nemini parent. Sic bellum juſtum fuit *Herculis* & *aliorum* adverſus immanes orbis tyrannos & latrones; ſic juſtum erit adverſus *impios in parentes*, *carnes humanas epulantes*, & id genus alios.

§. 41. Sed *primò* mores *civiles* paſſim recepti, non ſtatim pro jure naturæ ſumendi.

§. 42. Nec *deinde* numeranda in *vetitis*, de quibus ambigitur, utrum non ſola lege DEI voluntaria prohibeantur.

§. 43. Nec *tertio* ſimiliter æſtimanda, quæ principia ſunt naturæ omnibus nota & generalia, & quæ ab illis, *conſequentiâ eruditâ*, trahuntur. Nam in his fere locus excuſationi eſſe debet. Imò in univerſum bella pœnæ cauſâ ſuſcepta; niſi atrociſſimum & manifeſtiſſimum fuerit delictum, injuſtitiæ ſunt ſuſpecta.

§. 44. Utrum autem bellum liceat ſuſcipere ob delicta commiſſa *in DEUM*, dubitatur, cùm ſufficere DEUS ipſe videatur ad vindicandum. Sed hoc & de *aliis* delictis poteſt dici, quæ nihilominus puniuntur ab hominibus. Regeret

quiſpiam, hoc fieri, quia eis alii læduntur homines, contra quàm in illis fit. Sed notandum, *religionem*, licet primariò referatur ad DEUM, habere tamen ſuos effectus ad conſervationem ſocietatis humanæ, quam proinde violet, qui illam violat. Imò juſtitiam tollit omnem, vinculum ſocietatis ejus, qui tollit religionem, maximè illam, quæ connectere debet illos, qui nullis aliis cauſis conjunguntur.

§. 45. In univerſum verò annotandum, veram & communem omnium ætatum religionem ſtatuere *primò*, DEUM eſſe & eſſe unum; *deindè*, eſſe auguſtius quid, quàm ea, quæ videmus; *tertiò*, curare res humanas & æquiſſimè dijudicare; *quartò*, opificem eſſe rerum omnium: Ex his notionibus ſequi, ut DEUM honoremus & amemus: Poſſe autem eas omnes & ex natura haberi, & traditas eſſe à primis hominibus, ac ideo nunquam in gente ulla ſatis refutatas.

§. 46. Quare, qui eas repudiat, culpâ non vacat. Interim, cùm evidentiſſimum tantùm ſit, *DEUM eſſe*, quemcunque denique, & curare res humanas, hocque maximè interſit ſocietatis civilis, credi ab omnibus; qui *diverſum ſtatuunt*, tanquam *hoſtes ſocietatis hujus*, peti potuerunt ſuppliciis.

§. 47. Non &, qui in *cæteris diſſentiunt*, cùm minus omnibus ſit evidens, DEUM eſſe *unum*; non eſſe aliquid eorum, quæ videntur &c. Nam & DEUS ipſe, niſi ob certas circumſtantias,

quæ-

Digitized by Google

quædam horum delictorum noluit puniri in lege ſua, & multa in aliis populis diſſimulavit. *Excipiuntur*, qui *diabolos*, quos nôrunt tales, adorant, aut *ſcelera*, *ſceleratosve homines* divinis honoribus ſcientes colunt.

§. 48. Multò autem minus, qui *religionem Chriſtianam* non amplecti volunt, quia perſuaderi nequit argumentis merè naturalibus, ſed ope *divina*, quæ quia negatur ex *cauſis*, nobis ſæpè incognitis, ideò nec puniri à nobis debent. *Deinde*, quia *Chriſtus* ipſe, doctor ejus, cogi ad eam ultimis ſuppliciis neminem voluit. Nam illud: COMPELLE INTRARE; cujus mentio fit in Evangelio, nihil notat, quàm ſummam vocandi *induſtriam*, per frequentem *repetitionem*.

§. 49. Sicut autem nemo, quòd *ſuſcipere Chriſtianiſmum nolit*, puniendus eſt, ita injuſtiſſimè punitur quis propterea, quod *ſuſcepit*, cùm religio Chriſtiana in ſe ſpectata, nihil habeat, quod ſocietati civili adverſatur. Nec valet, quod ſint metuenda *nova*, quia ſi honeſta ſunt, & ab obedientia ſuperiorum non abducunt, non ſunt metuenda.

§. 50. Multò verò injuſtius punitur quis ob id, quod in *quibusdam Chriſtianæ religionis capitibus*, quæ alium videntur habere poſſe ſenſum, aut aliis, quæ extra eam ſunt, diſſentiat. Sic nec Judæi *Sadducæos*, etſi reſurrectionem negarent, puniverunt; cùm præſertim multum valeat indita opinio, multumque pendeat ex modo illuminationis.

§. 51. At qui *irreverentes* ſunt in eos, quos putant eſſe DEOS, etſi non ſint, rectius puniuntur; cùm & DEUS ipſe tales punire conſueverit.

# CAPUT XXI.

## De pœnarum *communicatione*.

I. *Pœna quomodo tranſeat ad eos, qui delicti ſunt* participes.

II. Communitas *aut* rectores *tenentur ex ſubditi delicto, ſi adſit* ſcientia *&* *non* prohibitio, *cùm prohibere* poſſint *&* debeant:

III. *Item ex* receptu *eorum, qui* alibi *deliquerunt.*

IV. *Niſi aut* puniant *aut* dedant: *quod exemplis illuſtratur.*

V. *Jura ſupplicum ad* infortunatos, *non ad* nocentes *pertinere: cum exceptionibus.*

VI. Defendi *tamen* ſupplices, *dum de cauſa cognoſcatur: & ex quo jure faciendi* cognitio.

VII. *Quomodo delicti* rectorum *participes ſint* ſubditi; *aut* communitatis *hi, qui ejus* membra *ſunt: & quomodo differant pœna* communitatis *& pœna* ſingulorum.

VIII. *Pœna jus in univerſitatem* quamdiu *duret.*

IX. *An ſine delicti communicatione pœna* tranſeat.

X. *Diſtinctio ejus, quod* directò *infertur, & in* conſequentiam *venit.*

XI. *Diſtinctio ejus, quod fit*

*ſit* occaſione *peccati,* & *quod ex* cauſa *peccati.*

*XII. Propriè loquendo neminem juſtè* puniri ob delictum alienum, & *cur?*

*XIII. Non* filios *ob parentum delicta:*

*XIV. Reſpondetur ad* Dei *facta circa filios nocentum.*

*XV. Multò minus* cognatos *alios.*

*XVI. Poſſe tamen* liberis & cognatis *nocentum aliquid* negari, *quod alioqui habere poterant: cum exemplis.*

*XVII. Nec* ſubditos *propriè puniri poſſe ob* regis *delictum:*

*XVIII. Nec* ſingulos, *qui non conſenſerunt ob delictum* univerſitatis.

*XIX* Hæredes *ad pœnam, quà pœna eſt, non teneri:* & *cur?*

*XX. Teneri tamen, ſi pœna in* aliud debiti genus tranſierit.

§. 1. POſſunt autem ob delictum *unius*, pœnæ etiam *aliis* imponi, ſive quia participes delicti ſunt, ſive ob alias cauſas. *Participes* ſunt, qui factum vitioſum jubent, conſenſu juvant; aut operâ receptum delinquenti præſtant; vel qui conſilium dant, laudant; qui ex jure propriè dicto, cùm vetare debeant & poſſint, non vetant; aut juvare cùm debeant innocentem, non juvant; qui non disſuadent delictum, aut reticent.

§. 2. Ita *communitas civilis*, etſi non teneatur ex facto *ſingulorum*, (ut nec *pater* ex delicto *liberorum*) tamen ſi patitur delinqui, h. e. ſcit delinqui, cùmque prohibere poſſit, atque debet, non prohibet, tenetur ejus delicti. Quod ſi alterutrum horum deerit, non tenebitur.



Digitized by Google

§. 3. Et quia quædam delicta ſunt, quæ adverſus *ſocietatem totam generis humani* committuntur, ſi, qui punire ipſe nolit ea, alios quoſcunque punire volentes impediat, eo nomine tenebitur. Idem valet in illis delictis, quibus alia *civitas* aut *rector* ejus peculiariter eſt læſus. Sic enim *delinquentem recipere* ac tueri nemo debet.

§. 4. Si fortè *recepit*, neceſſe eſt, ut aut, cùm hoc fuerit petitum, pro merito *puniat* nocentem, aut petentis arbitrio permittat, id eſt, *dedat*. Eligere autem alterutrum ſua propria voluntate poteſt, licet aliquando petentibus *eligendi optio* permittatur. Quod ſi dediti non recipiuntur, manebunt civitatis ſuæ cives, quia *dedere*, eſt puniendi arbitrio & poteſtati ſubjicere, quâ ſi non utitur, cui datum eſt, manebit puniendus eo loco, quo fuit ante, cùm *civitatis jus* non amittatur facto, ſed judicio ac decreto. At ſi recipiuntur, & deinde revertuntur caſu aliquo, non erunt cives, niſi ex *novo beneficio*.

§. 5. Nec juvant *jura Aſylorum*, cùm ea proſint illis solùm, qui immerito odio laborant. Quod ſi quis adverſus ſocietatem humanam, aut alios homines fuit *injurioſus*, etiam vi aperta abigendus inde, aut occidendus eſt. Sin delinquentes ita invaluerunt, ut ſint formidabiles, ſicut *latrones*, poſſunt defendi contra imminentem pœnam, ſi ſpe ſecuritatis veniæque à ſceleribus deſiſtere conſtituerunt.

§. 6. *Defendi* quoque ſupplices quicunque poſſunt,

Digitized by Google

poſſunt; quamdiu cauſa nondum eſt dijudicata, quæ dijudicatio ex jure ejus populi civili fiet, unde veniunt, ſi crimen juri naturæ gentiumve non repugnet.

§. 7. Sicut autem à *ſubditis* in *Rectores*, ſic vice verſa ab his in illos *culpa* tranſit, ſi in crimen conſenſerint, aut juſſu eorum fecerint, quod non debebant. Etiam ex culpa *univerſorum* tenebuntur *ſinguli* ejus univerſitatis, non tamen ii, qui, cùm diſſentirent, victi ſunt à reliquorum multitudine, ſaltem quoad pœnas, quæ ſingulis infliguntur, non quæ univerſitati, cùm hæ pœnæ multum differant, aliaque ſit mors, aut ſervitus, aut amiſſio bonorum, quæ accidit *ſingulis*; & alia, quæ *civitati*.

§. 8. Exigi autem pœna ab *univerſitate* omni tempore, quamdiu durat ea univerſitas, videtur poſſe. Sed quia merita ſunt ex eo rerum genere, quæ univerſitati competunt non primò & per ſe, ſed quatenus inſunt ſingulis, & ſic per conſequens ad eam veniunt, dum ab his conſtituitur; ideò his extinctis, qui pœnam meruerunt, exigi amplius non debet. Nec *obſtat* DEI exemplum, cujus aliud eſt jus, aut argumentum ab oppoſitis beneficiis; quia hæc conferri poſſunt in quemlibet, pœnæ in ſolum nocentem.

§. 9. Videamus, num &, qui *participes non ſunt delicti*, alias ob cauſas poſſint puniri.

§. 10. Hic *primò* diſtinguendum inter *damnum*, quod *directè* datur, & per *conſequentiam*. Poſterius

ſterius cadere etiam in innocentes poteſt; ſed tum propriè non eſt pœna; ut, cùm parentum bonis confiſcatis, *liberi* carent eo, quod habituri quidem erant mortuis parentibus, ſed adhuc non habebant. Sic ex delicto *majoris partis* etiam alii carent illis juribus, quæ ad ipſos, niſi per univerſitatem, non perveniunt.

§. 11. *Denide* obſervandum, damnum dari occaſione peccati *alterius*, ſed ex cauſa *propria*, ut ſi *fidejuſſor* cogitur ſolvere ob negligentiam veri creditoris: Quo in damno definiendo non creditum *primarium*, ſed in quantum fidejuſſor ſeſe obligare voluit, reſpiciendum. Cùmque nemo vel *vitam* vel *membra* ſua citra meritum obligare poſſit ad mortem, aut mutilationem, ut in quæ jus habeat nullum; ſequitur, ex fidejuſſione damnum tale nemini poſſe inferri. *Porro* & hîc damnum tale propriè non eſt pœna.

§. 12. Unde ſequitur, pœnam propriè infligi non poſſe ob delictum *alienum*, quia cauſa ejus meritum, quod eſt *perſonale*, oritur ex voluntate.

§. 13. Itaque nec *liberi* puniri poſſunt ob delicta parentum, aut ex metu, ne fiant ſimiles parentibus, aut parentum mortem ulciſcantur.

§. 14. Quando *DEUS* hoc facit, facit jure dominii pleniſſimi in omnia, eoque non tàm liberos punit, quàm parentes, & punit non ob quævis delicta, ſed ea ſolùm, quæ in contumeliam ipſius perpetrantur.

§. 15. Si autem jus hoc non eſt in *liberos*, multò minus erit in *cognatos*.

§. 16.

§. 16. Quod ſi tamen hi illive quid habeant, in quo jus proprium ſit, non *ipſis*, ſed *populo* aut *Regi* poterit hoc ipſis auferri jure quodam Dominii, ut, ſi ad nullos honores ſinuntur pervenire.

§. 17. Sed nec in *ſubditos* erit hoc jus ob *delictum Regis*: Non *obſtat* exemplum DEI, ob cauſas antea allatas.

§. 18. Neque in *ſingulos non conſentientes*, ob delictum reliquorum, ut damnum ferant in iis, quæ propriè ſunt ipſorum.

§. 19. Neque in *hæredem*, licet teneatur debita ſolvere alia, quia perſonam defuncti refert, non in meritis, ſed in bonis.

§. 20. Quod ſi pœna tranſit in *aliud genus debiti*, per novam obligationem, ut e.g. latam ſententiam, hæres tenebitur, ſed non velut ad pœnam.

## CAPUT XXII.

## De cauſis *injuſtis*.

I. *Explicatur diſcrimen inter cauſas* juſtificas & ſuaſorias.

II. *Bella, quæ utroque cauſarum genere carent*, ferina *eſſe*.

III. *Bella, quæ* ſuaſorias *cauſas habent, non juſtificas eſſe* prædonum.

IV. *Quasdam eſſe cauſas, quæ* falſam *habeant juſti ſpeciem*.

V. *Ut* metum *incertum*:

VI. Utilitatem *ſine neceſſitate*:

VII. *Negatum* matrimonium

nium in magna fœminarum copia:

VIII. Cupiditatem melioris ſoli:

IX. Inventionem rerum, occupatarum ab aliis.

X. Quid ſi priores occupatores amentes ſint?

XI. Injuſtam cauſam eſſe & libertatis deſiderium in populo ſubdito:

XII. Et voluntatem regendi alios invitos: quaſi ad ipſorum bonum.

XIII. Item titulum univerſalis imperii, quem quidam aſſcribunt Imperatori, qui refellitur:

XIV. Alii, Eccleſiæ; qui item refellitur.

XV. Item voluntatem implendi vaticinia, ſine Dei mandato.

XVI. Item id, quod debetur non ex jure ſtrictè dicto, ſed aliunde.

XVII. Diſtinctio belli, cujus cauſa injuſta, & ejus, cui aliunde vitium accedit: & diverſi utriuſque effectus.

§. 1. CAuſæ bellorum ſunt vel *juſtificæ*, quibus effici ſolet, ut bellum videatur juſtum, & ideò *prætextus* appellantur; vel *ſuaſoriæ*, quibus impelluntur ad bellum ſuſcipiendum.

§. 2. Quæ bella neque *has* neque *illas* cauſas habent, & bellandi tantùm gratiâ ſuſcipiuntur, *ferina* ſunt.

§. 3. Quæ bella ex *ſolis ſuaſoriis* cauſis ſuſcipiuntur, nec juſtificas habent ullas, à *latrociniis* nil differunt.

§. 4. Quæ *juſtificas* quidem habent, ſed ſi rectè examinentur, *injuſtas*, ea bella ſunt *injuſta*.

§. 5. *Talis* cauſa eſt *metus* ex potentia vicina; ut ſi in vicinia, cùm nullo pacto prohibetur, *arcem* ædificet vicinus, quæ nobis poſſit nocere.

§. 6.

§. 6. Item *utilitas* ſola, ſine aliqua neceſſitate.

§. 7. Et negatum *matrimonium* in magna fœminarum aliarum copia;

§. 8. Studium *permutandæ ſedis* ſterilioris cum fœcundiore;

§. 9. Et *inventio* eorum, quæ ab aliis, licet barbaris & impiis, poſſidentur;

§. 10. Niſi forte prorſus *ratione* careant, quales tamen vix credibile eſt reperiri, & ſi reperiuntur, ea tamen ipſis debebuntur, quæ ad vitam ſunt neceſſaria;

§. 11. Et ſtudium vindicandi ſe in *libertatem*; quia, etſi naturalis ſit libertas, tamen non dat jus, ne quis ob factum aut delictum non ſerviat;

§. 12. Aut ſubigendi alios & imperandi eis, quibus, ut *ingenio infirmioribus*, utile ſit, à præſtantioribus regi: Nam non eſt licitum, id, quod alii eſt utile, per vim ei imponere;

§. 13. Aut *titulus imperii univerſalis*, quem falſò tribuunt *Imperatori*, qui cum orbis imperator dicitur, non intelligitur, niſi Romani, ſicut *Hieroſolyma* & *Delphi* in medio orbis, Græciæ ſcilicet & Judææ, dicuntur ſita. Adde, pridem amiſſa multa ejus orbis, bello, pactionibus, derelictione; multa novis legibus, fœderibusque, aliter, quàm olim cum eo cohærere. Nec valet, *utile* tale imperium videri; quia non minus eſt *inutile*, cùm regi nequeat; nec utilitas imperii eum cauſâ, ſed conſenſus aut delictum;

§. 14. Aut *titulus Eccleſiæ univerſalis*; cùm judicium illi non competat in eos, qui ſunt extra Eccle-

Eccleſiam; nec exerceri debeat vi & armis, ſed *vindicta ſupernaturali*, ſicut Chriſtus ipſe fecit; nec Epiſcopis ullis in veteri Eccleſia jus exequendi per vim aut manum militarem datum fuerit.

§. 15. Aut ſpes concepta ex quadam *explicatione vaticiniorum*, quæ in ſacris libris habentur; cùm & explicatio illa ſit incerta, & prædictio abſque mandato DEI jus nullum det;

§. 16. Aut debitum ex *virtute alia*, quàm juſtitia; liberalitate puta, vel miſericordiæ, cùm tale debitum alteri non det jus ad exigendum.

§. 17. Quod ſi *juſtifica* cauſa verè *juſta* eſt, ſed vel *accedit*, vel *antecedit vitium* ex animo agentis; ut gloriæ ſtudium, voluptas ultionis, peccatum hoc quidem arguit, bellum tamen ipſum facere non poteſt injuſtum.

# *CAPUT XXIII.*

## De cauſis *dubiis*.

*I. Dubitandi cauſæ in moralibus* unde.

*II. Nihil faciendum contra* animi dictamen, *quamvis errans.*

*III. Judicium in alteram partem duci* argumentis rerum.

*IV. Aut* auctoritate.

*V. Si utrinque dubitetur in re gravi, & alterum ſit eligendum, ſumendum quod eſt* tutius:

*VI. Unde ſequi, tali caſu à bello* abſtinendum.

*VII. Id autem vitari poſſe* colloquio.

*VIII. Aut* arbitrio: *ubi de*

*... de Chriſtianorum re-gum officio circa partes bellantes.*

IX. *[illegible]* ſorte.

X. Certamen ſingulare *an ad vitandum bellum admitti poſſit.*

XI. *Meliorem eſſe condi-tionem* poſſidentis *in pari dubio.*

XII. *Si neuter poſſideat, in pari dubio rem* divi-dendam.

XIII. *An bellum* utraque ex parte juſtum *detur multis diſtinctionibus explicatur.*

§. 1. SEd in *Moralibus* ſæpe oriuntur dubia, quia inter id, quod fieri omninò *oportet*, & *nefas* eſt, intercedit *medium*, quod *licet*; modò, illi, quod nefas eſt, modò illi, quod fieri oportet, *propinquius.*

§. 2. Hic primò tenendum, *ne quid faciamus, quod, qualecunque denique ſit*, putamus *eſſe injuſtum.* Quod ſi *hæſitet* judicium, nec definire queat, ab agendo *abſtinendum*: ſi abſtinere non licet, *eligendum* id, quod *minus* videtur injuſtum.

§. 3. Atque huc conducent *argumenta*, vel ex *re* petita, vel ex *opinione* aliorum. Illa ſumuntur ex cauſis, effectis, adjunctis, &c.

§. 4. Sed quia hoc non poteſt quilibet, ſequitur, ut audiamus alios *ſapientes*, quomodo ferè Reges facere conſueverunt.

§. 5. Si *utrinque* varia extent argumenta, & omninò alterum eligendum, ſumendum *quodvis*, ſi res eſt *mediocris*; ſin *gravis*, id, quod *tutius.*

§. 6. Ita, quia *bellum* res eſt graviſſima, in dubio eligenda *pax* eſt.

§. 7. Id, quod poteſt fieri *primò* per *colloquium*, ut tentemus bellum finire *transactione*.

§. 8. *Deinde*, per *compromiſſum* in communem arbitrum, quod fit inter eos ferè, qui communem judicem non agnoſcunt, & apud omnes gentes uſitatum eſt, maximè autem fieri à *Chriſtianis* debet; quo fine non inutile eſſet, certos Chriſtianorum inſtitui conventus.

§. 9. *Denique* per *ſortem*.

§. 10. Huic affine *certamen ſingulare*, ſi parati ſint, qui certare velint: Nam licet ipſi minus rectè faciant, videntur diſceptantes in eo conſentire poſſe; Et ſic olim inter *Græcos Francoſque* fuit uſitatum.

§. 11. *Vitare* autem bellum tenetur is potius, qui *petit* rem, quàm qui *poſſidet*, ac ideò is quoque, qui licet ſcit ſe juſtè petere, jus tamen ſuum nequit probare.

§. 12. Ubi verò *neuter poſſidet*, ac jus eſt ambiguum, iniquus erit, qui *diviſionem* rei repudiabit.

§. 13. Liquet autem ex his, ſpeciali & in reſpectu ad rem ipſam facta juſtitiæ acceptione *utrinque juſtum* bellum non dari: fieri tamen ut neuter bellantium *injuſte* agat, quia poteſt *neſcire*, ſe injuſtè agere, idque *inevitabili ignorantia*: Quanquam in tali ignorantia vix *temeritas* abeſſe poteſt, aut delictum contra *charitatem*, quando ad bellum cauſa non qualibet, ſed *maximè evidens* poſtulatur.

CA-

# CAPUT XXIV.

## Monita de non temere, etiam ex juſtis cauſis, ſuſcipiendo bello.

I. Jure ſæpe remittendum, ut bellum vite.

II. [illegible] quæ ad [illegible]

III. Præferenda [illegible]

IV. Etiam curâ ſui & ſuorum abſtinendum ſæpe bello.

V. Regulæ prudentiæ circa electionem bonorum.

VI. Exemplum de [illegible] libertatis & pacis:

qua internecio populi cavetur.

VII. A pœnis exigendis abſtinere debent, qui non multo ſit validior.

VIII. Reſtare, ut bellum non ſit ſuſcipiendum, niſi ex neceſſitate.

IX. Aut ex maxima cauſa, cum maxima occaſione.

X. Bellorum mala ob oculos poſita.

§. 1. Obſervandum autem eſt hoc loco, ut quidem juſtum bellum licitum ſemper eſſe, ut perſequimur noſtra minora, cum longè majora aliorum damno.

§. 2. Adhuc minus eſt licitum, ut pœnas tantum ab aliquo ſumamus, præſertim, ſi charitas quid diverſum ſuadeat, ex qua aliis etiam nocentibus, aliquando debemus mortem.

§. 3. Debent autem omnes, maximè Reges, eſſe faciles ad condonandum ea, quæ privatim in perſo-

*nam eorum delinquuntur, præſertim ſi aut ipſi ſimilia* deliquerint, *aut* delictum ortum ſit ex humana & excuſabili *infirmitate*, cum *pœnitentia* ſequenti conjuncta.

§. 4. Et hæc debent fieri ſæpe, in reſpectu *noſtri & noſtrorum*, ubi ſi nobis quàm aliis bellum eſt damnoſius: Quo caſu & *deprecari* bellum rectius fuerit, [illegible] adverſarium.

§. 5. In *comparatione* quoque finium, ſeu bonorum, quæ expetuntur, earumque rerum, quæ ad illa ducunt, *primò* res eſt eligenda, quæ æqualem æſtimatione moralem efficaciam habere videtur ad bonum & ad malum, ſi ſcilicet illud *plus* habet *boni*, quàm hoc *mali*. *Deinde* quæ plus *efficaciæ* habet ad *bonum*, quàm ad malum, ſi æquale bonum & malum inde ſperetur. *Tertiò*, eligenda, cum *facultas* ad bonum major, quàm *malum* ipſum bono conſtitutum, vel *bonum* ipſum majus, quàm *facultas* ad malum, comparata & bonum, apparente ſcilicet tam bono & malo, quàm ipſa rerum efficacia inæquali.

§. 6. Sic ubi *libertas civilis* comparatur cum *bello internecino*, vita potius, ut fundamentum omnium bonorum temporalium, eligenda.

§. 7. Bellum quoque *pœnæ* cauſâ non ſuſcipiendum, cum *ſuperior* aut *æqualis* eſt delinquens, non ob *charitatem* ſolùm erga noſtros, ſed ob *juſtitiam* quoque rectoriam, ex qua hoc ſubditis debetur: quo neglecto Rex talis tenebitur ſubditis ad *reparandum damnum*.

§. 8.

Digitized by Google

§. 8. Hinc ſequitur, ſuſcipiendum non eſſe niſi exigat *neceſſitas*.

§. 9. At cum juſtiſſima *cauſa* conjuncta oprima *facultas*, ut ſi ſpes eſt, *terrore* aut *fama* confici rem poſſe.

§. 10. Nam in bello etiam *juſto* multa committuntur *iniqua*, ob quæ olim etiam, qui in ipſo verſabantur, *expiare* ſolebant.

## CAPUT XXV.

# De cauſis belli, pro *aliis* ſuſcipiendi.

*I. Bellum ſuſcipi juſtè pro ſubditis.*

*II. Non ſemper tamen ſuſcipiendum.*

*III. An ſubditus innocens hoſti dedi poſſit, ut periculum vitetur.*

*IV. Bella item juſtè ſuſcipi pro fœderatis æqualibus & inæqualibus.*

*V. Et pro amicis.*

*VI. Imo & pro hominibus quibusvis.*

*VII. Rectè tamen id ſine peccato omitti, ſi quis ſibi aut vitæ metuat, aut libertati.*

*VIII. An pro ſubditis alienis defendendis juſtum ſit bellum, diſtinctione explicatur.*

*IX. Injuſtas eſſe ſocietates & mercenariam militiam ſine cauſarum diſcrimine.*

*X. Etiam præcipuè prædæ aut ſtipendii cauſa militare, vitioſum eſſe.*

§. 1. SUnt & juſtæ bellorum cauſæ ſuſcipiendorum pro *aliis*, & cum *ſubditos*, ſive civili ſive familiari imperio, adverſus injuriam tue-

tuemur, & tales maximè ſunt, qui *ſe dediderunt* nobis.

§. 2. Sed hoc tum demum juſtum, ſi vel cum omnium vel plurium ſubditorum *incommodo* poteſt fieri.

§. 3. Ideo & *civis unus*, quamvis innocens, poteſt *deſeri*, ſi hoſtis exigat eum, talis, à quo malum ingens poteſt exſpectari. Sed an *traditioni* poſſit, dubitant. Equidem, quia ex officio charitatis tradere *ſeipſum* debeat ultrò, ut multos alios innocentes ſervet, ambigi vix poteſt. Unde ſequitur, etiam *cogi* ad hoc poſſe, non quidem à pari, ſed *ſuperiori*, ex jure ſupereminentiæ.

§. 4. Ut ſubditi, ſic & *ſocii* defendi poſſunt [illegible] fuerint; excepto, ſi nulla ſpes ſit boni exitus, cùm ſocietas omnis boni cauſa contrahatur. Et *defendi* poſſunt etiam contra alium fœderatum, niſi fœderi priori aliud convenerit.

§. 5. Poſſunt & *amici* defendi, ex ſolo amicitiæ officio.

§. 6. Imò & homines *omnes*, vel ideò, quia ſocietate humanâ nobis ſunt conjuncti.

§. 7. Nemo tamen hoc *poſtremum* facere tenetur, ubi manifeſtum eſt periculum, aut ſi eripi, ſine morte invaſoris, nequit.

§. 8. Imò & ſubditi *alieni* poſſunt defendi, licet quiſque imperans peculiare jus in tales habeat, ſi eo abutatur ad manifeſtam injuriam eorum; valeretque hoc, licet nefas eſſet, ullo

caſu

caſu ſubditis ſe defendere; quia, ut hoc eſſet nefas, oriretur non ex re, ſed ex qualitate perſonæ, quoniam ſunt ſubditi. Nec *obſtat*, hoc prætextu ad invaſiones rei alienæ multos abuti, cùm quod *jus* eſt, eſſe non ceſſet, ob pravum ejus *uſum*.

§. 9. Liquet autem ex his, ſocietates ad bella ex quibuscunque cauſis, & *militiam mercenariam* in quovis bello eſſe improbiſſimas.

§. 10. Nec excuſari, qui *prædam* aut *ſtipendium* unicè ſpectant, tanquam per hoc obligentur.

## CAPUT XXVI.

### De cauſis *juſtis*, ut bellum geratur ab his, qui ſub *alieno imperio* ſunt.

I. Qui *dicantur eſſe ſub alieno imperio.*
II. *Quid hic faciendum, ſi ad* deliberationem *adhibeantur, aut liberam* electionem *habeant.*
III. *Si imperetur ipſis & cauſam belli injuſtam credant, non militandum.*
IV. *Quid ſi* dubitent?
V. Pietatis *eſſe, hoc in re dubitantibus ſubditis parcere ſub onere tributi extraordinarii.*
VI. Quando *ſubditorum arma* juſta *ſint in bello* injuſto.

§. I. SEd ſunt quidam tales, ut parere *aliis* debeant, ceu *filii*, *ſervi*, *ſubditi*.

§. 2. *Hi, ſi liberam electionem habent*, obſervare debent ea, quæ ſunt tradita in *ſuperioribus*.

§. 3. Si militia eis *imperatur*, quam intelligunt eſſe *injuſtam*, debent eâ abſtinere. Nam ad iniqua obligari nemo poteſt. Idem valebit, ſi injuſtam eſſe ſibi habebunt *perſuaſum*.

§. 4. Si *dubitabunt*, putant aliqui, eos oportere *parere*, & credere, in re dubia obſequendum ſuperiori; cùm præſertim, qui paret, etiam cùm in[illegible] facit, facere non videatur injuſte. Sed contrarium ſuaderi poſſe videtur ex eo; quod qui dubitat *con*[illegible] debeat eligere *actione* id, quod eſt [illegible] id eſt, non bellare. Neque *obſtat periculum inobedientiæ*, cùm id compar[illegible] cum [illegible] ſit minus. Nec *periculum Reipubl.* pro[illegible]bus conſiliorum, cùm cauſæ juſtifica[illegible] debeant *apertæ*: & hæc ſententia valet maximè, cùm de *impetendis* aliis agitur.

§. 5. Quare, ſi cauſa belli probari ſubditis non poteſt, æquum, ut *tributa* potius ipſis imponantur, conducanturque milites, quorum etiam injuſtâ voluntate uti poteſt Rex in hoc negotio. Imò ne in *juſto* quidem bello ſatis æquum, ſubditos, qui Chriſtiani ſuut, *cogi* ad militiam *invitos*.

§. 6. *Defendere* tamen aliquandò ſe poſſunt, in bello etiam *injuſto*, ut cùm conſtat, hoſtem venire eo animo, ut, cùm vitæ eorum parcere poſſit, non velit; quia ad *jus interficiendi* etiam in juſto bello requiritur neceſſitas defenſionis

aut

aut per ſe, aut per evidentem conſequentiam. Nec tamen bellum juſtum fit hac ratione, ſed peculiaris iſta [illegible] ob injuſtitiam peculiaris actionis illius, qui juſtum gerit bellum.

# HUGONIS GROTII DE JURE BELLI ET PACIS

## LIBER TERTIUS.

### CAPUT I.

*Quantum in bello liceat regulæ generales ex jure naturæ: ubi & de dolis & mendacio.*

I. Ordo *ſequendus.*
II. *Regula* prima: *licere in bello, quæ ad* finem *ſunt neceſſaria, explicatur.*
III. Secunda: *jus non tantum ex* principio, *ſed &* cauſis *in bello* ſubnaſcentibus, *ſpectari.*
IV. Tertia: *quædam conſequi* ſine injuria, *quæ* ex propoſito *non licerent: cui* cautio *additur.*
V. *Quid liceat in eos, qui* hoſtibus *res ſubmini-ſtrant, per diſtinctiones* explicatur.
VI. *An dolo uti in bello liceat.*
VII. *Dolus in actu negativo per ſe non eſt illicitus.*
VIII. *Dolus in actu* poſitivo *diſtinguitur in eum, qui fit per actus* liberè ſignificantes, & *per actus* ſignificantes, *velut ex conventione: & oſtenditur, dolum* prioris *generis* licitum *eſſe.*
IX. *In* ſecundo *genere indicatur*

*dicitur quæſtionis diffi-cultas.*

X. *Non omnem* uſurpationem ſermonis, *qui ſciatur in alium ſenſum accipiendus, eſſe illicitam.*

XI. Mendacii, *quà illicitum eſt, formam conſiſtere in repugnantia cum jure alieno: quod explicatur.*

XII. *Et oſtenditur licitum eſſe falſum loqui apud* infantes & amentes:

XIII. *Et eum* ad quem ſermo non *eſt, & quem* extra ſermonem *decipere lice-re:*

XIV. *Et cum ſermo eſt ad eum, qui* velit ſe *de-cipi.*

XV. *Et cum, qui loquitur, utitur jure* ſuperemi-*nenti in filios ſubditum:*

XVI. *Forte & cum* vitam innocentis *aut par a-*liquid *aliter ſervare non poſſumus.*

XVII. *Apud* hoſtes *lici-tum falſiloquium, quod aſſerunt auctores.*

XVIII. *Non extendendum hoc ad* verba promiſ-ſoria.

XIX. *Nec ad* juramenta.

XX. Generoſius *tamen eſſe, ac* Chriſtianæ ſim-plicitati *convenientius, falſiloquio in hoſtem quoque abſtinere: quod per* ſimilia *illuſtratur.*

XXI. *Non licere nobis quenquam impellere ad id, quod* nobis licet, ipſi non licet.

XXII. *Licere tamen uti* operâ ultro oblatâ.

§. 1. *Cui*, & quibusque ex *cauſis* bellum gerere liceat, dictum eſt. Videamus nunc, *quantum* liceat, & *quomodo.*

§. 2. Ac *primum* quidem, quæ ad *conſequendum jus ſuum* moraliter ſunt neceſſaria, dant jus, i. e. facultatem agendi, jure naturali. Sic

jus

jus eſt *invadendi* rem alienam, unde mihi *periculum*; licet is non ſit hoſtis, ad eam tantum cuſtodiendam, donec periculum ceſſet; item, *rem meam eripiendi*, aut ſi nequeam, pro ea æquivalentem; item, *vim adhibendi*, ubi jus ſtat publico judicio.

§. 3. *Deinde jus etiam ſubnaſcitur* dum bello durante, *dum ſunt* [illegible], naſcitur jus, non tantum *ſub illis* aut *ſocietate* [illegible], contra ſocios injuſti belli, adeoque [illegible] tus; contra ſocios belli ſine probabili ratione ſuſcepti, ad pœnam pro ratione delicti.

§. 4. *Tertio quædam juſte in bellum ab alio injuſte conſequuntur*, quæ per ſe injuſta. Sic ut navem conſequens licitè *plus ſæpe* ſub onere reſtituendi, quod ſuperest; ut latrones capiam, licet perdere domum, etiamſi in ea ſint quædam innocentes: In quo tamen *charitas* exigit, ut caveamus, ne ſit majus malum, quam bonum, aut ſaltem major metus mali; de quo ſi dubium, pars tutior ſemper eligenda.

§. 5. Etiam contra eos, qui res *hoſtibus neceſſarias ſubminiſtrant*, jus naſcitur, ſi res illæ ſint tales, ut in bello tantum habeant uſum, in pace nullum. Si & in, & extra bellum habent uſum, tum ſi ſi tueri aliter me non poſſum, licebit eas *intercipere*, ſub onere reſtitutionis. Si rem meam non exequi *impediverit*, licebit agere contra eum, tanquam qui damnum culpa dederit. *Si damnum nondum dedit, ſed dare tantum voluit*, licebit eum cogere, ut idoneo modo mihi ca-

vent. Quod ſi bellum manifeſtè injuſtum confir-
mat, tenebitur etiam criminaliter ad pœnas &
ſpoliationem.

§. 6. Quod ad modum bellorum quod attinet, juſta
in eo vis & dolus cernitur. De dolo verò dubitatur. Nam
Homerus, Pindarus, Virgilius, Lucanus, Xe-
nophon, Polybius, & multi belli Duces, JCti
quoque Romani, & ex *Theologis* Auguſtinus,
Chryſoſtomus probarunt; alii improbarunt.

§. 7. Sunt et doli aliqui in *actu negativo*,
cùm non indicatur, quod indicari debere videtur, *diſſimu-
latioque* dicitur, qualis interdum (fruſtra repu-
gnante Cicerone) *licitus*, ut exemplis *Jeremiæ*,
*Abrahamique* liquet.

§. 8. Dolus in *actu poſitivo*, cùm ſcilicet fit,
quod fieri debere non videtur, eſtque vel in
*rebus*, & dicitur *ſimulatio*; vel in *ſermone*, aut
quæ illius loco ſunt, & dicitur *mendacium*. Ser-
mo ſignificat cum communi quadam obligatione;
res aliæ non item. Itaque rebus licet interdum
uti, tametſi per eum uſum tertius fallatur, e-
xemplo *Chriſti*, ulterius ſe ire ſimulantis;
& *Pauli*, circumcidentis Timotheum, & *Roma-
norum* obſeſſorum panes in obſidentes jaculan-
tium; itemque eorum, qui *fingunt fugam*, &
qui *armis, ſignisque hoſtium* utuntur.

§. 9. At ſermone, iis ve, quæ illius loco ſunt,
propter commercium velut eorum, & *obliga-
tionem mutuam*, non item. Ideo contra *menda-
cium* loquuntur S. literæ, Patres, Homerus, A-
riſtoteles. Sunt tamen exempla hominum lau-
dato-

Digitized by Google

ditorum. Nam Origenes, Clemens, Tertullianus, Lactantius; *Alii*, Socrates, Plato, Xenophon; Stoici, Diphilus, Sophocles, Herodotus, Iſocrates & plures, *contrarium* volunt.

§. 10. Et certè notandum, *propriè* [illegible] um ſolùm [illegible], quòd [illegible] pri mentis [illegible] [illegible], quod quoquo modo, ſive ex [illegible], ſive figuris [illegible] conveniat, [illegible] ſit aliter quoque accipi, modò [illegible] accedens ſit honeſta, non mentitur. Ut cum *Chriſtus* Lazarum mortuum dormire, & templum reſtaurare velle; Apoſtolis [illegible] futurum eſſe, dicit.

§. 11. At qui id profert, quod aliter accipi non poteſt, quàm [illegible] *[illegible]*, mentitur. Id quod illicitum naturaliter, quia pugnat cum *jure* ejus, ad quem ſermo eſt, proprio & cognato [illegible], id eſt, judicandi libertate de alterius mente, quam reſpicientes *in ſermone* [illegible] *obligati* ſumus. Poteſt autem hoc jus *tolli* vel conſenſu alterius expreſſo, vel præſumto ex [illegible] vel oppoſitione juris proprii, quod eſt multò majus, quàm alterius.

§. 12. Itaque in *ſermone* [illegible] mendacium non dicitur, quia illo [illegible] judicandi, ac ſic jus, non habent [illegible].

§. 13. Nec, ſi *ſcienti* [illegible] falſum indicatur, licet is, ad quem is ſermo non dirigetur, per id decipiatur; Cùm ſic deceptus *temerariam credulitatem* ſibi imputare debeat, cui

ſermo

forma talis propriè non est ſermo. Sic qui falſo ſic promittit auxilia, vel urbem [illegible] pugnatam, non peccat, licet eo *hoſtes*, obiter audientes hæc, terreantur. Talem quoque *Petri* reprehenſionem à Paulo putant.

§. 14. Nec, ſi præſumetur non ægrè laturus is quo cum res eſt, ob *manifeſtiorem utilitatem* quam inde accipit, cùm volenti injuria non fiat. Sic non mentitur, qui ſolatur *ægrotantem* perſuaſione non vera, & [illegible] in prœlio ex falſo nuncio.

§. 15. Nec, ſi quis habet jus in jus alterius ſupereminens, idque utitur commodo alterius. Sic *Princeps* non mentitur ſubditis, nec *medicus* ægrotis. Sic *Joſephus* non mentitus eſt fratribus, nec *Salomon* mulieribus litigantibus de partu.

§. 16. Nec, ſi *vita innocentis*, aut quid ei *æquale* aliter ſervari, aut alter ab improbo facinore averti non poteſt.

§. 17. Fuerunt, qui valere hoc putant etiam adverſus *hoſtem*, ut Philo, Plato, Xenophon, Chryſoſtomus, videturque probari *exemplo* Jahelis [illegible], Eliſæi, in ſacris; & Valerii Levini, in profanis: Qualia tamen aliqui, interpretatione tacita, alii, joci appellatione, à mendacio, licet perperam, liberare conantur.

§. 18. Sed nihil horum, ne eorum quidem, quæ prædicta ſunt, extendendum ad *ſermonem promittentem*, quia novum jus eſt ex promiſſione, accedens illi ex ſermone.

§. 19.

§. 19. Nec ad *juramenta*: quia nullam ex perſona exceptionem recipiunt, aut interpretationis fallaciam.

§. 20. Si qui autem *licitos dolos* repudiarunt, id fecerunt ex ſola generoſitate magnanimique ſimplicitate, ut Pythagoras, Chriſtiani veteres, Epaminondas, Alexander, Romani, alii.

§. 21. Ad modum belli gerendi pertinet etiam, ne quem impellamus ad id, quod eis non liceat, *ipſi non liceat*, ut ſubditum, ad interficiendum ſuum Regem.

§. 22. Quod ſi *ultrò afferatur ſua opera*, uti eâ licebit, planè ſicut *transfugas* recipimus.

## CAPUT II.

### Quomodo jure gentium *bona ſubditorum* pro debito imperantium obligentur: ubi de *repreſſaliis*.

*I.* Naturaliter *ex facto alieno neminem teneri, niſi* hæredem.

*II. Jure tamen* Gentium *introductum, ut pro debito* imperantis *teneantur res & actus* ſubditorum.

*III.* Exemplum *in prehenſione* hominum.

*IV. Et* rerum.

*V. Locum habere hoc poſt* jus denegatum: *& quando id factum ſeri debeat: ubi additur*, item judicatum *propriè jus non dare, aut adimere.*

*VI.* Vitam *non obligari.*

VII.

*VII. Diſtinctio ejus, quod in hac materia eſt juris* civilis & gentium.

§. 1. **V**Ideamus nunc, quantum liceat ex jure *gentium*. Nam licet jure *naturæ*, ex facto alieno nemo teneatur, niſi *ſucceſſor*; nec *ſingulis* debeant, quod debet *univerſitas*, ſi ipſa bona habeant; & ex his cauſis quidam *pignorationis* pro aliis prohibuerunt;

§. 2. Tamen jure *gentium voluntario* introductum, ut ex delicto *imperantis*, ſeu proprio ſive alieno, quando jus non reddidit, teneantur omnia bona *ſubditorum*, ut ſic injuriarum licentia, quam gigneret difficultas nanciſcendi bona ipſius imperantis, tolleretur.

§. 3. Atque ſic apud *Athenienſes* jus erat capiendi tres homines illius civitatis, quæ *homicidam* punire aut dedere nollet, dicebaturque ἀνδροληψία.

§. 4. Simile eſt Ἐνεχυριασμὸς, ſeu jus *repreſſaliorum*, quod locum habet, ubi jus denegatur.

§. 5. Hoc eſt, vel *non datur penitus*, vel, in re non dubia, *injuſtè datur*. Nam, licet *ſubditus*, poſteriori caſu, jus ſuum etſi non amittat, privetur executione; *peregrinus* tamen non privatur, ſi per judicium conſequi ſuum non poteſt. Sic *Neſtor* pro ereptis equis pecora cœpit Elidenſium. Sic pro bonis Tarquiniorum naves Romanorum tenet hæres eorum Cumis.

§. 6. Cæterùm, quod valet in *bona*, non valet in *vitam* ſubditorum, *niſi* fortè ex accidenti, ſi

 impe-

Digitized by Google

impediant juris perſecutionem, quod tamen prohibitum quoque lege charitatis.

§. 7. Quod autem alicubi *mulieres, infantes, Literati, Mercatores* excipiuntur, id eſt ex jure *civili*, cùm jus *Gentium* excipiat ſolos *Legatos*, miſſos ad eos, qui non ſunt hoſtes noſtri. Ejusdem juris *civilis* eſt, quod *licentia petitur à poteſtate ſumma vel judice*: item quod dominium rerum captarum *publicè addicitur*: quod *tentantur* ante venditionem quorum intereſt. Quod autem ſubditi ſic amittunt, ad id ſarciendum jure naturali ac divino imperantes tenentur.

## CAPUT III.

# De bello *juſto* ſive ſolenni jure *gentium*, ubi de *indictione*.

I. *Bellum ſolenne jure gentium eſſe inter diverſos populos.*

II. *Diſtinctio populi, qui quamvis injuſtè agit, à piratis & latronibus.*

III. *Mutationem* [illegible] *dominii imperantis.*

IV. *Requiri ad bellum ſolenne, ut auctorem habeat utrinque eum, qui* ſummam poteſtatem *habeat: quod quomodo intelligendum.*

V. *Requiri & denunciationem.*

VI. *Quid in denunciationibus ſit juris naturæ, quid proprium juris* gentium, *diſtinctè explicatur.*

VII. *Denunciationem aliam con*ditionatam, *aliam* pura.

*VIII.*

VIII. Quo in denunciatio-[illegible] nibus sint juris [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] tio, ut effectus quosdam requirat. XII. His effectus non reperiri in aliis bellis. XIII. Bellum ita, similat. quia indictum est, juris [illegible] [illegible] instrumentum [illegible] [illegible] [illegible]

§. 1. EX eodem jure gentium eſt, quod bellum ſolenniter indictum ſit juſtum, h. e. certos habeat juris effectus. Indicitur autem ei, qui habet ſummum imperium, qui idcirco propriè eſt hoſtis.

§. 2. Non autem, ſi injuſta ſit civitas, ita ut bellum ei poſſe indici, propterea [illegible] civitas eſſe; quemadmodum latronum coetus civitas non [illegible] [illegible] imaginem juſtitiæ colant. Nam [illegible] [illegible] [illegible] juſtitiæ cauſâ [illegible] non propriè [illegible] [illegible] [illegible] convenit. Qualis fuit Græcorum [illegible] [illegible] rapinis [illegible] [illegible] juſtam [illegible] adverſus Germanos, Venedos, Cattos, Garamantes [illegible] latrones, non [illegible] [illegible] latrones, [illegible] moribus & legibus [illegible] juſta habebant [illegible]

§. 3. [illegible] [illegible] fieri, ut dux antea latronum, fiat dux juſtus, ut Jephthes; & qui



Digitized by Google

& qui tantum fuêre prædones, conſtituant civitatem, initio *alio* vitæ genere.

§. 4. Summum quoque habere imperium cenſetur, & qui habet pro *parte*, & multò magis, qui cum altero *inequaliter* eſt *fœderatus*.

§. 5. Etiam ad vindictionem ſolemnem pertinet, ut pars *altera* perſciſcat.

§. 6. Notandum autem, hanc denunciationem non requiri *jure naturæ*, in bello *defenſivo*, aut cùm depoſcitur ille ipſe, qui deliquit, aut ſi ſuæ rei manum quis injicit; at, ſi pro ſua capit rem *debitoris*, aut pro delinquente petit eum, qui habet ſummam poteſtatem, requiritur. Etſi autem non requiratur dictis caſibus, poteſt tamen *honeſtè & laudabiliter* fieri. *Jure gentium* verò omninò requiritur ad dictos effectus, ſaltem ab ea parte, quæ bellum ſuſcipit.

§. 7. *Denunciatio* autem duplex: *Conditionata*, cùm ſimul repetuntur res; quibus & ea ſignificantur, quæ ex cauſa civili aut crimine debentur, & *Clarigatio*, dicitur: *Pura*, quæ vocatur *indictio*; cùm denunciatur ei, qui jam bellum intulit, aut deliquit, quæ pœnam merentur. Qualis non *abſolutè* neceſſaria, & ideò, *cuivis* & *quovis loco* poteſt fieri.

§. 8. Cæterum nec ad *naturæ* jus, nec *gentium*, ſed *morem privatum* populorum pertinent *Caduceum*, *ſagmina* & *haſta ſanguinea* & id genus.

§. 9. Cùm autem *imperanti* indicitur, indictum & *ſubditis* ejus & *ſociis* bellum cenſetur.

§. 10. Quod ſi ob latum *auxilium* ſociis ſeorſim

ſum bellum, finito priore, inferendum, nova opus eſt indictione, quia bellum novum eſt, non acceſſio prioris.

§. 11. Denunciatione autem uti voluerunt gentes, ut conſtaret, *voluntate utriusque populi*, aut imperantium, geri; quæ voluntas apta ad producendos certos in tali bello *effectus*.

§. 12. Quales non ſunt in bellis adverſus *latrones* aut *ſubditos*; in quibus capta capientium non fiunt, niſi ex una parte, idque ex jure tantùm naturali. Etiam in *defenſivo* bello neceſſaria denunciatio ad effectus tales.

§. 13. Poteſt porrò bellum *geri*, ſimul atque *indictum* eſt, jure gentium. Licet jus naturæ in *repetitione rerum* aut *pœnæ*, pro negato jure debito à tertio, *tempus* poſtulet interponi.

§. 14. Denunciatione denique opus, etiam cùm bellum ob *legatos violatos* gerendum; Quanquam *ratio* ejus quævis ſit idonea hoc caſu, etiam per *literas*.

## CAPUT IV.

# De jure *interficiendi* hoſtes in bello ſolenni, & *alia vi* in corpus.

*I. Belli ſolennis effectus generaliter exponuntur.*

*II.* Vox licere *diſtinguitur in id, quod* impune *fit nec tamen ſine vitio; & in id, quod* vitio caret, *etiamſi id non facere,* virtutis *ſit alicujus: additis* exemplis.

*III.* Effectus *belli ſolennis,* *in*

*in ſua generalitate con-*
*federatos referri ad li-*
[illegible]

IV. Cur tala effectus in-
*troducti ſint.*

V. Teſtimonia *de his ef-*
[illegible]

VI. *Ex hoc ſacra* [illegible]
[illegible]
[illegible]
*ſunt.*

VII. *Quinam* [illegible]
[illegible]

VIII. Sacerdotes [illegible]
[illegible]
*alieni territorii deficit.*

IX. *Jus hoc effectum* [illegible]
*ad* infantes *&* [illegible]
[illegible]

X. *Etiam ad* captos *&*
*quovis tempore.*

XI. *Etiam ad eos, qui ſe* [illegible]

[illegible]

*cauſas* alias [illegible]
[illegible]

[illegible] *inficere.*

XVII. *Idem &* [illegible]

XVIII. *Pro auctoribus* [illegible]
[illegible] *gentium*
*ſit, diſtinguendum.*

XIX. [illegible] *ſint contra*
[illegible]

§. 1. Belli ſolenniter denunciati *effectus* qui-
dam ſunt proprii, quos bellum ex ſua na-
tura non ſequuntur, ut *licentia rapiendi & occi-
dendi.*

§. 2. Notat autem vox, *licet*, vel illud, quod
*rectum* eſt, quamvis aliud quid ſit *honeſtius*;
quomodo licere dicimus matrimonium contra-
here, nuptias repetere, uxorem paganam duce-
re; vel *illud*, quod etiamſi *rectum non ſit, pœna*
*huma-*

Digitized by Google

humanæ ſaltem non ſubjicitur; quomodo alicubi licet *ſcortari*, *furari*; & *Regibus* omnia licent.

§.3. Atque hoc *poſteriori* modo ea intelligenda eſt licentia bellorum, ut propter id, quod ex ea fit, tanquam *homicida* vel *fur*, puniri nemo poſſit.

§.4. Quod ideò *placuit gentibus*, ne pronunciando de jure hujus illiusve partis, *bella* ſeſe implicarent alieno, aut *cognitionem juſti* rerum gerendarum in bello modi, ſeu rem factu difficillimam, in ſe ſuſciperent.

§.5. *Pertinet* autem ad licentiam hanc *primò*, jus *interficiendi homines*, quod jus non quidem à *culpa* liberat, ſed dat *impunitatem*.

§.6. Per *homines* non tantum intelliguntur, qui arma contra ferunt, ſed & qui intra *fines* hoſtium ſunt, *peregrini* quoque maximè ſi durante bello, eò demum conceſſerunt.

§.7. Si *venerunt ante*, dari eis ſpacium *diſcedendi* debet.

§.8. *Subditi hoſtium* verò peti poſſunt ubique locorum, jure gentium, in *proprio* vel *alieno* ſolo; quod autem non petuntur in alieno ſolo pacato, fit ex jure *civili* imperantis in tali loco, qui in ſuo territorio nil per vim vult agi, ſed judicio certari.

§.9. Nec *virorum* modo, ſed & *fœminarum* & *infantium* cædes juſta habetur hoc jure, cujus ideò mentio eſt Pſal. 137. exercueruntque præter *Thraces* etiam *Macedones* & *Romani*.

§.10. Ac ne *captivi* quidem excipiuntur, nec ullo tempore poteſtas illa excluditur.

§. 11. Nec *ſupplices*, & iis qui *ſe dediderunt*.

§. 12. Nec qui *accepti* fuêre in *deditionem*, ſine conditione, ut Pontius Princeps Samnites, Numidæ, Vercingetorix, & alii à Romanis interfecti.

§. 13. Nec eſt *talionis* jus in his, ut quidam putant, cùm hoc non niſi in eos, qui ipſi deliquerunt; nec ob *pertinaciam* in reſiſtendo, cùm hæc potius laudi ſit, & jure gentium defendatur.

§. 14. Denique ne *obſides* quidem excipiuntur, etiamſi tradidiſſent ab aliis, & pueri fœminæve fuerint.

§. 15. Sicut autem jus gentium contra jus naturæ iſta permittit, ſic idem contra, idem vetat interficere hoſtem *veneno*, ne pericula, Regum præſertim, nimium augerentur. Nam Vegetius, & ex eo Baldus, cùm contrarium ſtatuunt, ſolum jus naturæ intuentur.

§. 16. Idem moratiorum maximè Europæarum gentium jus prohibet, Venenis *ſpicula* inficere & *fontes*.

§. 17. *Corrumpere* tamen *fontes* aliter, ut bibere nequeant ex illis, licitum eſt, perinde ut *avertere* aut *intercipere*.

§. 18. Num & immittere *percuſſorem* prohibeatur, dubitant. Sed *diſtinguendum* inter eum, qui expreſſa vel tacita fide *tenetur* interficiendo, & qui non tenetur. *Poſteriorem* licet, quia fas eſt hoſtem *ubivis* occidere, idque fieri etiam ab uno poteſt, quod exemplo *Scævolæ* apparet. Quod atro-

Digitized by Google

atrocitate puniuntur, sit ex jure gentium, quo quisque in hostem statuit pro utilitate sua; Et qui tamen operam repudiant, ex *generositate* sola faciunt. *[illegible]* verò non licet, quod est exceptio peculiaris ejus gentium juris, quo alias *licet noxam inferre in hostem*, ſimiliter introducta putatur [illegible]. *Ceſſat* tamen hæc exceptio in iis, qui [illegible] hoſtes non ſunt; ut *latronibus* & ſimilibus.

§. 19. Etiam de *ſtupris* ambigitur. Qui *permiſerunt*, ſolam in eis reſpexerunt injuriam, quâ hoſtem affici ex gentium jure licet. Qui *prohibuerunt*, attenderunt etiam libidinem agentis, id quod melius, & Chriſtianis convenientius, qui rectè credunt, prohibita jure etiam gentium eſſe.

## CAPUT V.

## De *rebus* vaſtandis eripiendiſque.

*I. Res hoſtium corrumpi & rapi poſſe.*

*II. Etiam* ſacras: *quod quomodo intelligendum.*

*III. Et* religioſas; *addita itidem cautione.*

*IV.* Doli *quatenus hic permiſſi.*

§. 1. Sicut interficere hoſtes, ſic multò magis *res* eorum *arripere* aut *corrumpere* licet jure gentium, etiamſi ſe *dederint*.

§. 2. Pertinetque hoc etiam ad res *ſacras*, quippe quæ propriè publicæ ſunt, & ideò dedi poſ-

fiant, imò ex ſacris, voluntate populi fieri profanæ, ut tempore neceſſitatis ſolet. Quod ſi quis tamen in re quapiam *numen* ineſſe credit, is eam juſtè violare non poteſt.

§. 3. Idem jus ad *loca religioſa & res religioſas* pertinet: ita tamen ne ipſa *mortuorum corpora* malè tractentur, ut peculiari jure gentium de *ſepulturis* cautum eſt.

§. 4. Idem jus gentium in his *dolos* etiam permittit, qui *perfidiâ* carent; imò alienæ perfidiæ incitationem.

## CAPUT VI.

## De jure acquirendi bello capta.

*I. Circa acquiſitionem rerum bello captarum, quale ſit jus naturæ.*

*II. Quale jus gentium: cujus teſtimonia adducuntur.*

*III. Quando res mobilis capta cenſeatur ex Gentium jure.*

*IV. Quando ager.*

*V. Res, quæ hoſtis non ſunt, non acquiri bello.*

*VI. Quid de rebus repertis in navibus hoſtium.*

*VII. Jure gentium noſtra fieri, quæ hoſtes noſtri aliis bello eripuerant, quod teſtimoniis probatur.*

*VIII. Rejicitur ſententia, ſtatuens, res captas ab hoſtibus omnino ſingulorum capientium fieri.*

*IX. Naturaliter poſſeſſionem & dominium per alium acquiri.*

*X. Diſtinctio actuum bellicorum in publicos & privatos.*

XI.

XI. *Agros acquiri populo, aut ejus, cujus eſt bellum.*

XII. *Res* mobiles *&* ſe *moventes, actu privato captas, ſingulorum ex jure gentium fieri.*

XIII. *Niſi lex* civilis *aliud ſtatuat.*

XIV. *Captas actu publico fieri* populi, *aut ejus,* cujus *eſt bellum:*

XV. *Arbitrium tamen in res tales aliquod ſolere* imperatoribus *concedi:*

XVI. *Qui aut eas referunt ad* ærarium.

XVII. *Aut* dividunt militi: *& quomodo.*

XVIII. *Aut* direptionem *permittunt:*

XIX. *Aut aliis* concedunt.

XX. *Aut factis partibus aliud atque* aliud ſtatuunt: *& quomodo.*

XXI. Peculatum *circa prædam committi.*

XXII. Lege *aut alio voluntatis actu de jure hoc communi aliquid* immutari *poſſe.*

XXIII. *Sic ſociis prædam concedi:*

XXIV. *Sæpe &* ſubditis: *quod variis exemplis terreſtribus & maritimis illuſtratur.*

XXV. Uſus *antedictorum.*

XXVI. *An capta* extra territorium *utriuſque partis bellantium acquirantur belli jure?*

XXVII. *Jus hoc, quod diximus, quomodo belli* ſolennis *ſit proprium.*

§.1. SEquitur *alius* belli ſolennis ex jure gentium *effectus.* Nam jure *naturæ* licet acquirere, quantum par eſt ei, quod nobis debetur, aut nocentis damnum infert, pro modo delicti: Hocque jure uſi *Abrahamus, Jacobus, Hebræi* communiter, approbante ipſa Lege divina, & *alii.*

§.2.

§. 2. At jure *gentium* bello ſolenni acquiruntur, quantacunque poſſunt hoſti eripi, etiam ab eo, qui *juſtam belli cauſam* non habet. Sic *ſtatuerunt* Plato, Ariſtoteles, Xenophon, alii etiam, Clemens Alexandrinus & Cajus JCtus.

§. 3. Tum autem *acquiſitum* aliquid hoc jure creditur, cùm alter *ſpem recuperandi probabilem* amiſit, i. e. intra præſidia hoſtium perductum eſt; proceditque hoc in hominibus pariter & rebus mobilibus. Hæcque eſt conditio, quâ capta capientium ſtatim fieri dicuntur, quanquam *jure noviſſimo* poſt viginti quatuor horarum poſſeſſionem continuam acquirantur.

§. 4. *Res immobiles*, & ſi ſtatim poſt occupationem ab exercitu factam poſſideantur, tamen tùm demum acquiruntur, cùm manſuris munitionibus ita includuntur, ut niſi his expugnatis, aditus ad eas non ſit.

§. 5. Acquiruntur autem ſolæ res *hoſtium*, non ſi quæ apud eos ſunt *aliorum*, qui nec hoſtium ſunt ſubditi, nec hoſtili animo.

§. 6. Itaque quæ in *navibus* hoſtium ſunt, ſicuti eſſe eorum inde poſſit præſumi, ſic non acquiri, ſi contrarium probatur.

§. 7. Hoſtium autem eſſe & ſic acquiri creduntur ea etiam, quæ ipſi *aliis eripuerunt*, nec vindicationi locus eſſe *Dominis prioribus*: & ſic judicârunt *Jephthes, David, Romani* & *alii*.

§. 8. *Quibus* acquirantur, dubium eſt, plerique cenſent iis *ſingulis*, qui ceperunt manu. Sed eſt verius, hîc valere, quod in acquiſitione rerum, quæ *nullius* ſunt.

§. 9.

Digitized by Google

§. 9. At hæ acquiruntur iis etiam, qui capiunt *per alios*, ut *exemplo venatorum & margaritas legentium* apparet, qui ſuam operam aliis addixerunt; quia homo hominis, volens volentis poteſt eſſe inſtrumentum.

§. 10. Itaque, ſi quæ *actu publico* fiunt, acquiruntur populo; ſi quæ *privato*, occaſione tantùm belli, acquiruntur ſingulis.

§. 11. Res *ſoli* ergo captæ populo cedunt, & ab eo vel ſortito dividuntur, vel aſſignantur colonis, aut fiunt vectigales.

§. 12. Res *mobiles*, ſi extra publicum miniſterium capiuntur, fiunt *ſingulorum*. Sic *milites* acquirunt, quod in certamine ſingulari, in excurſionibus liberis quidem, ſed injuſſis capiunt.

§. 13. Sed poteſt dominium, à jure gentium conceſſum, à jure *civili* anteverti, eôque fieri, ut *quoquo modo capta*, ſint publica.

§. 14. Si eædem res mobiles capiuntur in publico miniſterio, ſinguli acquirunt *reipublicæ*, cujus funguntur vice. Sic Homerus, Achilles, Agamemnon, Romani & alii cenſuerunt.

§. 15. Interim arbitrium rerum diſpenſandarum ſæpe permiſſum *Ducibus* à populo, ut tamen ei redderent rationem; ob quod, ut extra ſuſpicionem eſſent, aliqui rejecerunt id ad Senatum populumque.

§. 16. Alii pecunias captas, aut ex rebus captis & divenditis comparatas dabant *Quæſtoribus*, ut manubiarum nomine referrentur in ærarium. Interdum tamen pars prædæ data *Diis*, vel *militibus*, vel *aliis*.

§. 17.

§. 17. *Militibus* aut dividebatur, ratione vel ſtipendiorum, vel meritorum, præda ipſa, vel pecunia ex ea, uti ſimplex pediti, duplex centurioni, triplex equiti dari mos erat. Imperatore ſibi capiente, quantum æquum [illegible]: Habebatur aliquando ratio *abſentium*, qui [illegible]

§. 18. [illegible] dabatur diripienda [illegible] *po-pulatione*, interdum poſt *prælium* [illegible] *ſationem*; quem morem [illegible], quod ſere [illegible] igna[illegible] militibus [illegible] populares [illegible] *probaret* [illegible] gratum, quod ſua manu quisque [illegible] *Hebræos* [illegible]

§. 19. *Aliis* dabatur [illegible] vel ut [illegible] quod ad bellum contuliſſent.

§. 20. [illegible] qui bello [illegible] diverſis partibus [illegible] quoddam [illegible] *Diis* [illegible] quoddam [illegible] *mili-tibus* [illegible] de præda.

§. 21. [illegible] oſtendunt, prædam [illegible] *populo* [illegible] *militibus* [illegible] dividendam [illegible] reddendæ rationis [illegible] crimina, ut exemplo *Scipionis* & *Verri* [illegible]; Tenebantur [illegible] etiam [illegible] prædam debitam in publicum [illegible] et *jur* [illegible] *Modeſtinus* JCtus.

§. 22. Cæterum [illegible] potuit *Lex* civilis [illegible] quoque recte introducta. [illegible] quoque populus prædam aliis concedebat, etiam ante ejus acquiſitionem, idque in *genere*, ut viduis, vel egentibus

Digitized by Google

[illegible] *per* [illegible] exemplo. Nec [illegible] per [illegible] sed & *pacti* [illegible] debiti [illegible] damni, [illegible]

§ 24. [illegible] capta sua faciunt, quia [illegible] ad [illegible] fere opera [illegible] gratis [illegible] *similes*, ubi [illegible] pro [illegible] fuit apud *Hebraeos* [illegible] *Ro-manis* [illegible] *Exci-piuntur* tamen [illegible] quae [illegible] & quod mi-noris [illegible] apud *Gallos* [illegible]

§ 25. Ex his [illegible] intelligitur, cum contro-versia de praeda [illegible] apud populum, qui bellum non [illegible] es-se ex *legibus* [illegible] illius, pro cujus [illegible] separata; [illegible] ha-bent [illegible]

§ 26. Sicut autem [illegible] *non hostiles*, etsi apud ho-stes sint, capi non [illegible] *pignoris*, aut *servitutis* [illegible] id hostis ante habuit. Sicut [illegible] etiam [illegible] belligerantium [illegible] ac res ipsius proinde [illegible] acquiri possunt, ita *imperantium illius* [illegible] potest lege

pro-

prohibere, ne fiat, & à delinquente exigere ſatisfactionem.

§. 17. Eſt autem hoc jus tam proprium bellis ſolennibus, ut in aliis non acquirantur, ſed cedant in *compenſationem debiti*, quod aliter non poteſt obtineri; in *civilium* vero *dominia* non admittantur, niſi *judicis* autoritate.

## CAPUT VII.

## De jure in captivos.

I. Omnes *captos bello ſolenni jure gentium ſervos fieri.*
II. *Et eorum* poſteros.
III. *In eos quidvis impune fieri.*
IV. Res *captorum, etiam incorporales, dominium ſequi.*
V. Cauſa, *cur id conſtitutum.*
VI. *An ita captis licitum ſit fugere.*
VII. *An & domino* reſiſtere.
VIII. *Jus hoc non apud omnes gentes ſemper obtinuiſſe.*
IX. *Nec nunc obtinere inter* Chriſtianos; *& quid ei ſit ſurrogatum.*

§. 1. Quemadmodum *ſervus*, qui *natura* nullus eſt, ex *delicto* aut *pacto*, non repugnante natura, poteſt fieri; ſic hoc amplius jure *gentium* eſt introductum, ut non ex dictis ſolum cauſis, ſed omnes omnino, qui *bello ſolenni* capiuntur, etiamſi nil deliquerint, fiant ſervi.

§. 2. Nec *ipſi* ſolum, ſed & *poſteri* eorum, qui ex matre ſerva naſcuntur.

§. 3.

§. 3. Eſtque juris hujus is *effectus*, ut in tales quidvis liceat, etiam ultima *crudelitas*.

§. 4. Etiam *res* eorum acquiruntur tum alia, tum *incorporales*, mediante tamen perſona, ut quæ fluant ex ſingulari perſonæ proprietate, ut jus patrium; quales vel manerent, ſi poſſunt manere, vel extinguuntur.

§. 5. Atque hoc *ideo* conſtitutum, ut capientes à cædibus libentius abſtinerent & propter alias utilitates ex ſervis varias. Valet quoque in *natos*, quoniam ipſi ſine parentibus non erant naſcituri; *Matris* autem ſequuntur conditionem nati, quia cùm concubitus ſerviles non erant illiciti, de *patre* nihil certi poterat conſtare.

§. 6. Poteſt autem captus bello *injuſto*, aut ex tali natus, *fugere* non ad *ſuos* modò, ubi durante bello recipit libertatem poſtliminio, ſed & ad *alios*; contra quam nonnulli ſtatuunt: quanquam, ſi ad hos, vel pace facta, ad ſuos, vindicanti Domino debeat reddi. Poteſt hoc autem *ſalvâ conſcientiâ*, quia hoc jus dominii tale eſt, quod tantùm in judicio humano, eoque coactivo, valeat, cujuſmodi etiam eſt dominium ejus, qui mala fide præſcripſit ſecundum Leges. Unde quoque ſequitur, talem captum abſque furti crimine, illæſaque conſcientia, rem ſuam poſſe *ſubducere*, modò nil debeat domino, ſuo publicoque nomine. Quando autem *Canones* ſervo prohibent negare Domino miniſteria, ſi de talibus loquuntur ſervis, qui facti ſunt bello injuſto, non tam juſtitiam, quàm patientiam docent.

§. 7. Ut autem poteſt fugere, ſic ſine injuria non poteſt Domino *reſiſtere*, quia hujus dominii jus eſſet inane, ſi hoc liceret; Magiſtratui quoque poſſet reſiſti, qui id jus tuetur.

§. 8. Notandum autem, hoc jus gentium non eſſe *omnium* gentium. Nam apud *Hebræos* ſervis, nullâ ſuâ culpâ factis, erat perfugium; & apud *Francos* poteſtas proclamandi in libertatem.

§. 9. Idem nunc ſublatum eſt à *Chriſtianis* & *Mahometiſtis* inter ſe. At apud *illos* quidam captivi cuſtodiuntur à ſingulis capientibus, donec ſolutum ſit *libertatis pretium*, niſi perſona ſit eximiæ dignitatis, quæ pertinet ad Rempublicam.

## CAPUT VIII.

## De imperio in victos.

I. *Acquiri bello & imperium civile, tum ut est in rege, tum ut eſt in populo, & ejus acquiſitionis* effecta.
II. *Acquiri & imperium* herile *in* populum; *qui tum civitas eſſe deſinit.*
III. *Interdum hoc* miſceri.
IV. *Acquiri & res populi etiam* incorporales, *ubi tractatur quæſtio de* chirographo Theſſalorum.

§. 1. Quemadmodum *ſinguli*, ſic tota *civitas*, aut ejus *pars*, poteſt capi & in ſubjectionem

vel

vel civilem vel herilem, aut mixtam redigi; diciturque *Ninus* primo inſtituiſſe hunc morem. Si ſubjectione tali imperium acquiritur, ut fuit in imperante illi civitati, *civile* erit id imperium; Si, ut eſt in populo, *patrimoniale* inſuper, poteritque alienari.

§. 2. Poteſt & imperium ſic acquiri, ut civitas capta *deſinat* eſſe civitas, quemadmodum cum acceſſio fit civitatis alterius, aut Regis proprio ſumtu capitur; qui regere eam vult, ut ſuam ſpectet primùm utilitatem. Eſtque hoc *herile* imperium, quibus caſibus civitas talis magna fit familia.

§. 3. Poſſunt & hæc *duo miſceri*: ut, cùm arma adimuntur, cùm coguntur aliud vitæ genus inſtituere.

§. 4. Acquiruntur autem cum civitatibus etiam *res civitatum*, & ideò quoque *jura incorporalia*, quatenus victori placet. Hinc apparet, injuſtè *Thebanos* à Theſſalis petiiſſe pecuniam, quam Thebanis debitam Alexander, qui ceperat Thebanos, dominusque eorum factus erat, Theſſalis donaverat.

## CAPUT IX.

### De *Poſtliminio*.

*I.* *Origo* vocis *poſtliminii*.
*II.* *Quibus in* locis *poſtliminium fit*.
*III.* *Poſtliminio quædam reverti, quædam recipi*.

V. Jus poſtliminii eſſe in pace & in bello, & quid ſi nihil in pace dictum ſit?
VI. Liber homo bello manente quando poſtliminio redeat.
VI. Quæ jura recipiat, quæ non recipiat.
VII. Jura & in ipſum reſtitui.
VIII. Cur qui ſe dediderunt jus poſtliminii non habeant.
IX. Populus quando poſtliminii jus habeat.
X. Quid in his, qui poſtliminio redeunt, de jure civili.
XI. Servi poſtliminio quomodo recipiantur, etiam transfugæ, & quomodo qui redempti ſunt.
XII. An ſubditi poſtliminio recipiantur.
XIII. Agros poſtliminio recipi.
Res mobiles quidem diſtinctionem olim obſervatam.
XV. Quid circa res mobiles hodie juris ſit.
XVI. Quæ res recipiantur, ita ut poſtliminio non egeant.
XVII. Apud nos ex lege civili, quoad bona nostra ...
XVIII. Poſtliminii quomodo obſervatum inter eos, qui hoſtes non erant.
XIX. Quomodo id hodie usque locum habere poſſit.

§. 1. Videamus, quid de poſtliminio ſtatuat jus *gentium*. Eſt autem *poſtliminium* à poſt & limes, & reditus quaſi ad limites patriæ.

§. 2. *Jus* autem *poſtliminii* eſt, quod ex reditu tali naſcitur. Sed jus gentium introduxit, ut valeret, etiam cùm res perveniſſet ad *amicos ſociosve*, qui eaſdem partes in bello ſequuntur. Quod ſi ad *alios*, amicos quidem, ſed non eorundem

tuendum in bello partium, ſtatum non mutant niſi ex certo pacto cum illis, quo conſtituitur ut ſint liberi.

§. 3. Sunt autem duæ ſpecies poſtliminii: *reverſio*, quæ ad perſonas, & *receptio*, quæ ad res pertinet, conſtitutæ à veteribus Romanis.

§. 4. At poſtliminium quidem etiam in *pace* eſt, ſed iis ſolùm qui facto ſuo capti ſunt, cùm fortè apud hoſtes eſſent, exoriente bello; cæteris non item, quia qui ſuſcipiunt bellum, credi volunt juſtum; nec tutum aliter pronunciare exteris: unde quoque bello capta, velut juſtè capta, non redduntur, niſi pactum certum intervenerit.

§. 5. *Acquirit* autem liber homo hoc jus, cùm eo animo redit, ut ſequi res ſuorum velit. Nec refert an denuo à ſuis captus ſit, an *dolo* ſuffugerit, num traditus ſit *ſponte* ab hoſte, aut venditus per *commercia* eò venerit.

§. 6. Et acquirit cum hoc jure, ſicut *libertatem*, ſic *res omnes*, quas habuit apud populos pacatos ſaltem tempore belli, quo erat captus. Unde liquet, dominium in res ipſius, herum habuiſſe cum conditione, niſi ad ſuos captus perveniſſet. Qui herus ſi quid interim illorum bonorum quoquo modo *alienaſſet*, alienata intelliguntur ſub eadem conditione, ac ſic *repetibilia*, ſi in eis eſſet jus poſtliminii; ſi non eſſet, alienata ſimpliciter.

§. 7. Eodem jure etiam *in ipſum jura*, ſi quæ ſunt, reſtituuntur.

§. 8. Cæterùm hoc jus non pertinet ad eos qui [illegible], propter pactum interveniens, & ideò nec ad illos, qui redeunt induciarum tempore.

§. 9. Jus poſtliminii valet etiam in populis, ſi fortè eripiuntur ad [illegible]. At ſi diſſoluta fuit multitudo, quæ civitatem faciebat, non valet; quia ſic interiit civitas, etiamſi veteres cultores in priorem ſedem reſtituantur, collecti quoquo modo poſt diſſolutionem.

§. 10. Cæterùm hoc jus gentium de poſtliminio, quod ad eos qui in civitate aguntur, jure civili adſtringi aut amplificari potuit. Sic apud Romanos ab eo excepti transfugæ & filiifamilias, & ſervire coacti ex redemtione, donec pretium redemtori reddidiſſent, quod tamen poſtea variis modis mitigatum. b Econtra factum, ut reſtituerentur in jura omnia, ea etiam, quæ jure gentium poſtliminio non continentur. Ut in bona per hæreditatem ab aliis poſſeſſa, vel per uſucapionem, aut liberationem ſubtracta: Etiam hæreditatibus [illegible].

§. 11. Recipiuntur autem jure gentium ſervi & ancillæ, item [illegible] alienati, aut [illegible] ab hoſte, ſi reverà habentur à vetere domino, etiamſi non [illegible] animo [illegible] noſtras ſequantur: valetque hoc etiam in ſervis tranſfugis. Si redimantur, fiunt redemtoris, donec pretium reſtituatur.

§. 12. Valent eadem in populis hoſti à ſociis noſtris ereptis, niſi fœdere cum ſociis aliter convenerit.

§. 13.

§. 13. Reſpectu *rerum* ſunt in poſtliminio *agri*, hoſtibus expulſis, ut qui abſcedere non poſſint. Ideò redditi veteribus Dominis agri hoſtibus erepti. Idem obtinet in cæteris rebus *immobilibus*, ut ædibus ſacris, & hujuſmodi. Etiam *uſusfructus* poſt receptionem debet reſtitui.

§. 14. *Res mobiles* in poſtliminio non ſunt, ideò ab emptore repeti nunquam poſſunt. *Excepta* tamen illa, quæ habent uſum in *bello*, ut naves longæ, onerariæ, muli clitellarii, equi, equæve patientes freni, [illegible].

§. 15. Sed manet *hodie* in his regula generalis, ſine illa exceptione.

§. 16. Poſtliminio verò nobis reguntur res, quædam in *præſidia hoſtium* ductæ, ſed in itinere *deprehenſæ*, quia dominio non immutantur: itaque eæ *vindicari ubique* poſſunt, reddito tamen eo, quod forte in receptionem earum ab aliis impenſum eſt.

§. 17. Sed & hoc poſtea *mutavit* lege civili, ac exemplo cauſſæ navis a piratis captæ tribui capientibus. Navem puta ſubditis noſtri, exteri hac lege non tenentur.

§. 18. Jus hoc poſtliminii fuit *olim* etiam inter eos, qui non erant hoſtes inter ſe; immò & fœderatos, niſi contrarium caviſſet in fœdere, ut publico nomine eſſent tuti, qui ab his ad illos veniſſent.

§. 19. Etiam nunc ampliùs hoc jus inter *Chriſtianos* pariter ac *Mahumetanos*; ut locum non habeat

niſi cùm res eſt cum gente prorſus *barbara*, quæ cum omnibus abſque *cauſa* & *indictione* bellum gerit.

# CAPUT X.

## Monita de his, quæ fiunt in bello injuſto.

I. *Quam ſenſu pudoris vetari dicatur, quod lex permittit.*
II. *Applicatio ad ea quæ hactenus dicta ſunt.*
III. *Interna injuſtitia in bello injuſto.*
IV. *Qui, & quatenus ad reſtitutionem obligentur.*
V. *An res, capta bello injuſto, reddenda ſint ab eo qui cepit.*
VI. *Item ab eo, qui deinde emit.*

§. 1. QUæ hactenus jure ac lege gentium dicta ſunt concedi, ea pleraque ſunt hujuſmodi, ut ſi *regulam recti* ſequamur, ſint *illicita*, aut ſanctè omittantur. Hæc poſſunt prohiberi dicuntur *pudore*, hoc eſt, ejus reſpectu quod æquum bonumque, vel quod æquius eſt meliuſque eſt. Ita enim ſæpè pudoris vox accipitur.

§. 2. Ob eandem cauſam *Ariſtoteles* ſervitutem aliquam dixit injuſtam, & *JCti Romani* jus captivitatis vocant injuriam.

§. 3. Obſervandum igitur, ſi belli *cauſa* ſit injuſta, *interna injuſtitia*, injuſtos eſſe omnes ejus *actus*,

actus, etſi ſolenniſſimè ſuſciperetur. Non poteſt ſalvus fieri, qui ſciens talis actus operatur; niſi verè agat pœnitentiam, & reſtituat, quod aliis ademit.

§. 4. Et tenentur ad hanc reſtitutionem belli authores, ſive poteſtate ſive conſilio tales fuerint; eaque ſpectant omnia, etiam quæ bellum conſequuntur; Duces, de his, quæ ductu ſuo facta; milites in ſolidum omnes, quæ communiter; ſeparatim pro cujusque facto, quæ diviſim fecêre.

§.5. Nec valet, quod operam adhibuerint aliis, ſi ulla culpa in eis hæreat.

§.6. Tenentur quoque cæteri, qui rem tali bello captam habent, licet damnum non dederint, aut ſine culpa dederint. Poteſt tamen deduci tantum, quantum domino valebat adipiſci rem deſperatam; ſi quid in eam impenderit. Sin abſque culpa alienaverit aut conſumſerit, non tenetur, niſi factus ex ea fuerit locupletior.

## CAPUT XI.

### Temperamentum circa jus interficiendi in bello juſto.

I. *In bello juſto quædam interim juſtitiæ carere, quod exponitur.*

II. Interfici *qui poſſunt ſecundum juſtitiam internam.*

III. Ob infortunium *neminem rectè interfici, ne qui cauſam præbuerit quidem.*

IV. *Nec ob* culpam *mediam, inter infortunium & do-*



Digitized by Google

*& dolum: cujus natura explicatur.*

*V. Distinguendos* auctores *belli ab his, qui* sequuntur.

*VI. In ipsis auctoribus distinguendas causas probabiles ab improbabilibus.*

*VII. Etiam* mortem meritis, *hostibus sæpe pœnam recte condonari.*

*VIII. Cavendum, quantum fieri potest, ne* innocentes, *etiam præter propositum, occidantur.*

*IX.* Pueris *semper parcendum*, fœminis, *nisi quid gravius admiserint, &* ſenibus.

*X. Parcendum & his, qui* ſacra *aut* literas *tantum curant.*

*XI. Et* agricolis.

*XII. Et* mercatoribus *ac* ſimilibus.

*XIII. Et* captis.

*XIV. Recipiendos, qui dedere ſe volunt ſub æquis conditionibus.*

*XV. Parcendum & his,* qui ſine conditione *ſe dediderunt.*

*XVI. Hoc non verà, niſi grave* delictum *antecesserit: quod quomodo accipiendum.*

*XVII.* Delinquentibus *ob multitudinem recte parci.*

*XVIII. Non occidendos* obſides, *niſi ipſi deliquerint.*

*XIX. Abſtinendum ab omni* dimicatione inutili.

§. 1. Etiam in *juſto* bello poſſunt actus quidam internæ juſtitiæ adverſari, ut ſunt *vindicta* immodica, nimiæ *cædes*.

§. 2. Ac ex interna juſtitia *cum propoſito* interfici nemo, niſi aut in pœnam, aut quatenus tueri aliter ab eo vitam & res noſtras non poſſumus, debet; Siquè res illæ *viles* fuerint, ſi non juſtitiæ, charitati adverſabitur.

§. 3.

§. 3. Hinc ſequitur, *infortunatos*, id eſt eos, qui non hoſtili animo, per neceſſitatem aut caſum aliquem, ſunt apud hoſtes, injuſtè occidi.

§. 4. Sed ſunt quidam inter *infortunatos* & *injuſtos medii*, qui non omnino ignorant, aut invitè faciunt, quod faciunt, ac proinde culpâ aliquâ tenentur, quam veteres ſollicitè ab infortunio & injuria diſtinguunt; tales, ut ad reſtitutionem damni obligantur; ſic pœnâ capitali affici non debent, & ideò nec occidi.

§. 5. Etiam *auctores belli* ab his, qui eos *ſequuntur*, diſtinguendi, nec hi æqualiter cum illis puniendi.

§. 6. In ipſis auctoribus quoque diſtingui debent *cauſæ agendi*: ut ſi egerint ex non juſta quidem ratione, quam tamen deprecari multi poſſent, e.g. ex *officio*, *fœdere*, *libertate*, jure *conſanguinitatis*, &c.

§. 7. Etiam *meritis mortem* ſæpè condonanda vita, quia modeſtum, generoſumque & conveniens, in reſpectu ad humanitatem.

§. 8. *Sine propoſito* interficere, licet non ſit injuſtum; exigit tamen *miſericordia*, ne quid niſi ex gravi, & ad ſalutem multorum pertinente cauſa ſuſcipiamus, unde tales cædes ſequantur.

§. 9. In *ſpecie*, parcendum ſemper *infantibus* & in ætate puerili conſtitutis, quia ob defectum rationis delinquere non poſſunt. *Fœminis* quoque, niſi commiſerint, quod peculiarem pœnam mereatur, aut virilia officia uſurpârint.

§. 10. Etiam *ſenibus*, ſi vitæ genus, abhorrens

rens

rens ab armis, ſequantur. Tales ſunt qui *ſacra curant*, ut ſacerdotes, monachi, pœnitentes: Jungendi, qui *ſtudiis* honeſtis & utilibus literis operantur.

§. 11. Deinde *agricolæ*, ut apud multas gentes fuit obſervatum.

§. 12. Denique *mercatores*, etiam illi, qui ſubditi & cives hoſtis ſunt.

§. 13. Jam & ex illis, qui *arma ferunt*, parcendum eſt captivis; quod ſi *oneri* ſunt futuri, laudabiliter omnes *dimittuntur* potiùs, quàm occiduntur.

§. 14. Deinde *vitam pactis, ſeque dedentibus* parcendum, nec repudiandi. Ac licet receptum vulgò, ut hoc fiat, ſi ſe dedunt, priuſquam *machinæ bellicæ* explodantur, tamen æquitas naturalis *tempus* nullum definit.

§. 15. Idem faciendum *ſupplicibus*, & qui abſque conditione ſe dedunt.

§. 16. Nec *obſtat*, quod nonnulli urgent, jus *talionis*, neceſſitas *terroris*, *pertinacia* reſiſtentium. Solum *excipitur* crimen morte dignum, ſi quod anteceſſit, ut captivi deditive interficiantur: Nam *talionis jus* non eſt, niſi in eoſdem; *terroris utilitas* non poteſt dare jus ad cædem; *pertinacia* mortem non meretur, ſi ejus cauſa non ſit penitus inhoneſta.

§. 17. Sed & ſi delinquentium, ut puniri morte poſſint, *nimia* eſt *multitudo*, ei propterea parcendum.

§. 18. In *obſides* quoque jus eſt nullum eos occidendi,

credendi, licet quid ejuſmodi vel ipſi, vel alii de ipſis pepigerint, quando nemo vitæ ſuæ Dominus ſit, ad eam perdendam: errantque, qui pacta talia dicant juſta, niſi juſtè dicerent, quæ ſint ex magiſtratus [illegible] impune.

§.19. Denique, cum juſtitia pugnantium omnia [illegible] ſiquem ad jus conſequendum, aut bellum finiendum nil conducant; ideoque ſerio prohiberi debent.

## CAPUT XII.

# Temperamentum circa *vaſtationem* & ſimilia.

*I. Quæ vaſtatio* juſta *ſit, & quatenus.*

*II.* Abſtinendum *à vaſtatione, ſi res nobis* fructuoſa *ſit, &* extra *hoſtis poteſtatem.*

*III. Si magna ſpes ſit* celeris victoriæ.

*IV. Si hoſtis aliunde habeat unde ſe ſuſtentet.*

*V. Si res ipſa ad bellum nil faciat.*

*VI. Hoc maximè locum habere in his, quæ* ſacra *ſunt, aut ſacris accedunt.*

*VII. Item* religioſis.

*VIII.* Utilitates, *quæ ex tali moderatione ſequuntur, annotatæ.*

§.I. VAſtari res hoſtiles abſque injuria non poſſunt, niſi aut ob *neceſſitatem*, quam excepit prima dominii inſtitutio contra ſeipſam; quo caſu tamen reſtitutio eſt neceſſaria: aut ob *debitum*,

*debitam*, imputando in id rem vaſtatam, velut perciperetur; aut ob *delictum*, quod mereatur talem tantamque pœnam. Ac ne ſic quidem fieri, prudentis eſt, niſi ſuadeat ſimul *utilitas certa*, nempe ut *vires* copiæque hoſtis minuantur, & *pax* celerius obtineatur.

§. 2. Abſtinendum igitur à vaſtatione, ſi res eſt *frugifera* ita teneatur, ut hoſti non poſſit utilis eſſe. Sic *arboribus* & *agris* frugiferis parcendum, *ædificiis* quoque, *eſculentis* ac *potulentis*. Multò magis autem hoc faciendum poſt obtentam plenam *victoriam*, poſtquam in *urbes innoxias* ſævire nefas eſt.

§. 3. Abſtinendum quoque, ſi ſpes eſt celeris victoriæ, quâ firmari poſſit incerta talium *poſſeſſio*; ita enim velut propriæ res conſervantur.

§. 4. Abſtinendum quoque, cùm vaſtatione nil *noceatur* hoſti, ut cùm aliunde etiam eadem poſſit habere, petendo e. g. per *mare*, ex aliis ſuis regionibus; talique caſu potius *tributum* incolis imponendum, quod utrique parti pendant, vel hoſti ipſi concedendum pro pecunia.

§. 5. Item, cùm res ſunt ejuſmodi, ut ad bellum nil *conducant*, quales ſunt ex. gr. *picturæ*, *templa*, *ſtatuæ* &c.

§. 6. Maximè autem hoc obſervandum in iis, quæ ad *ſacros* uſus pertinent, cumprimis ab iis, qui eundem *Deum* ex eadem lege, etſi in aliquibus forte diſſideant, colunt. Imò ob *reverentiam templorum* etiam hominibus, eò fugientibus, parcendum.

§. 7.

Digitized by Google

§. 7. Pertinet idem & ad res *religioſas*, ut *monumenta*, *ſepulcra*, & id genus.

§. 8. Et ſuadet iſta manifeſta utilitas; ſic enim hoſti *deſperatio* eripitur, magnum rei gerendæ telum; ſpecies præbetur magnæ de obtinenda victoria *fiducia*; hoſtes ipſi redduntur *benevoli*, ac ſæpè ad amicitiam ſpontaneam vertuntur.

## *CAPUT XIII.*

### Temperamentum circa *res captas*.

*I. Res etiam hoſtilium ſubditorum bello captas retineri ad modum* debiti.

*II. Non etiam in pœnam* alieni criminis.

*III. Debitum hic intelligi etiam, quod in bello* ſubnaſcitur. *Exempla.*

*IV. Humanitatis eſſe*, ſummo jure *hic non uti*.

§. 1. NEc res capiuntur juſtè, quæ *modum debiti* excedunt; ſaltem ſi capiuntur *ultrà*, debent *reſtitui*, niſi ad neceſſariam *ſecuritatem* teneantur, quâ obtentâ, ſimiliter reddi debent. At ſi debitum illud ſit ex inæqualitate, capi res poſſunt, etiam ſubditorum.

§. 2. In debito verò pœnali, jus in *res ſubditorum* nullum eſt, quia non verſatur circa res, ac ideo nec damnum aliquod ſibi habet conjunctum. Unde ſubditorum hoſtilium bona, pœnæ nomine acquiri nequeunt, niſi eorum, qui deliquerunt ipſi, aut delictum, cùm poſſent ac deberent, non puniverunt.

§. 3.

§. 3. Debitum autem, ex quo acquiri poſſunt res ſubditorum, intelligitur non tantum *primarium*, ſed & quod in bello ipſo *ſubnaſcitur*. Hinc ajunt, capta non compenſari cum debito principali, quia ſcilicet pertineant ad damna in ipſo bello data.

§. 4. Cæterum hoc amplius humanitas requirit, ut, ſi qui *extra culpam belli* ſunt, nec alio, quàm *fidejuſſoris* nomine, tenentur, eis relinquamus res, quibus nos facilius, quàm ipſi, carere poſſumus, maximè ſi liqueat, ablatum non recepturos eſſe à ſua civitate: itemque, ut ne ipſos *inquietemus*, quamdiu ſpes eſt conſequendi debiti ab *originariis debitoribus*.

## CAPUT XIV.

### Temperamentum circa *captos*.

I. Quouſque *capere homines liceat juſtitia interna.*

II. *Quid interno juſtitiæ dominio in* ſervum *liceat?*

III. *Non licere* occidere innocentem.

IV. *Non* punire inclementer.

V. *Non* operas *nimium graves imponere.*

VI. Peculium *quomodo* domini, *quomodo* ſervi.

VII. *An* ſervis fugere *liceat.*

VIII. *An è* ſervis nati *domino teneantur, &* quatenus.

IX. *Quid faciendum, ubi* captorum ſervitus *in uſu non eſt.*

§. 1. Ho-

Digitized by Google

§. 1. Homines ſimiliter, ut res, capere nefas ultrà modum debiti primarii aut ſubnaſcentis, niſi ipſi per ſe quid tale deliquerint: ubi tamen humanitatis quoque ratio habenda.

§. 2. Sed nec captivi propter debitum civitatis tantopere obligantur, ut ii, qui ob proprium delictum, vel pactum in ſervitutem venerunt. Nam illa ſervitus quid aliud eſt, quàm obligatio perpetua operarum, pro alimentis perpetuis, quam debent ad ſervitium & crudelitatem non extendendo, cum & ipſis aliquid debeatur, hoc eſt humanum.

§. 3. Ergo & jus vitæ ac necis in ſervum ſimile eſt judicii publici, cum ſi quid deliquit, quod talem pœnam meretur.

§. 4. Nec in cæteris pœnis acerbitas permiſſa, ultrà delicti modum; quod & apud *Hebræos* amiſſione dominii puniebatur.

§. 5. Etiam operarum modus, & pro ratione valetudinis à ſervis exigendæ, cum humanitate, cujus intuitu pueros veteres vocarunt.

§. 6. Pro iiſdem operis debentur eis *alimenta*, quæ negari eis abſque injuria non poſſunt, itemque *veſtimenta*. Ex quibus juſto modo datis ſi ipſe comparando aliquid ſibi *acquiſiverit*, id quodammodo ipſius eſt ex hac cauſa. Nec huic ejus *peculio* dominus juſtè quid *detrahit*, niſi aut *pœna* cauſa, aut cum ipſius *neceſſitas* ita exigit. Et hæc talia alicubi legibus firmantur, ſervisque jus datur proclamandi ad *venditionem*, confugiendi ad *ſtatuas*, ſi quid contra Dominum faciant. *Manumiſſio* quoque poſt longam ſervitutem ab humanitate exigitur.



Digitized by Google

§. 7. *Fugere* autem ſervo nefas, quia ex conventione gentium operas ſuas civitatis nomine debet, niſi *ſævitia intolerabilis* fugiendi neceſſitatem imponat.

§. 9. Servitus autem *natorum ex ſervis*, juſta, ſi ob delictum, mortem meritum, parentes ſervi facti, antequam illi naſcerentur. At ſi ob *delictum civitatis* facti ſervi parentes, & ipſis poſteà demum nati ſunt, (nam qui ante, obligantur ſimiliter, quia & ipſi pars civitatis,) ſervitus eorum eſt injuſta, niſi ex conſenſu expreſſo parentum, aut præſtatione alimentorum, donec id operibus ſuis reddiderint.

§. 9. Ubi jus ſervitutis non eſt, æquiſſimum *permutari* captivos inter ſe, aut certo *pretio* dimitti; quod non ſic intentendum, ut rebus neceſſariis deinde deſtituantur.

## *CAPUT XV.*

### Temperamentum circa *acquiſitionem imperii.*

*I.* Quatenus *juſtitia interna permittat, imperium acquiri.*

*II. Laudabile eſſe, hoc jure in* victos *abſtinere.*

*III. Sive eos* miſcendo victoribus.

*IV. Sive* relinquendo imperium *his, qui habuerant.*

*V. Interdum impoſitis* præſidiis.

*VI. Aut* tributis *etiam &* ſimilibus oneribus:

*VII.* Utilitas *ab hac moderatione indicatur.*

*VIII.*

*VIII. Exempla: & de mutata forma reipublicæ apud victos.*

*IX. Imperium ſi aſſumendum ſit, rectè partem ejus victis relinqui.*

*X. Aut certè libertatem aliquam.*

*XI. Præcipuè in religione.*

*XII. Saltem victis clementer haberi oportere.*

§. 1. IMperium juſto bello acquiritur, quatenus fert *debiti aut delicti* modus, & ratio vitandi ſummi *periculi*.

§. 2. Sed rectius faciunt, qui bello *pacem* ſolam quærunt, atque eum unicum ſibi propoſitum habent finem.

§. 3. Et ideò *vel* ſibi adjungunt victos, & imperium cum eis *communicant*, quod animos eorum, qui victi ſunt, cum victoribus conjungit;

§. 4. *Vel* victis imperium *reddunt*, & gloria contenti ſunt, atque ita animi ſui magnitudinem teſtantur.

§. 5. Interdum & *ſecuritati ſuorum* proſpiciunt, ſtructis arcibus, impoſitis præſidiis contra vim externam, cui impares ſunt futuri:

§. 6. Aut *tranquillitati utriuſque* conſulunt indictis tributis, demptis armis, navibus & ſimilibus, prohibita collectione militum &c.

§. 7. Et ſuadent hoc præter humanitatem, quod difficulter *magnum imperium* regatur, magniſque motibus & tumultibus, tùm à ſubditis propriis, tùm ab exteris ſit obnoxium.

§. 8. *Lacedæmonii & Athenienſes* facere hoc ſolebant, niſi quòd imponerent victis eam reipublicæ formam, quâ ipſi utebantur.

§.9. Quod ſi hoc minus tutum, *dividi* imperium poterit, & pars aliqua Reipublicæ aut Regi relinqui, ſicut fecêre *Romani* cùm aliis, tùm & Judæis.

§.10. Si nec hoc tutum, *Leges*, *mores*, & *Magiſtratus* veteres relinqui poſſunt in rebus privatis, vel etiam publicis, quæ vim imperii non attingunt.

§.11. Inprimis hoc tenendum ſervandumque in *religione avita*, ne eripiatur, aut mutetur, niſi ipſis perſuaſis & volentibus: ita tamen, ut ne ipſi veram opprimant, ſi falſâ utantur.

§.12. Denique quocunque modo victis *clementer* imperandum, quia tutius; quia ad tranquillitatem & diuturnitatem imperii *aptius*; quia *glorioſius*.

## CAPUT XVI.

## Temperamentum circa ea, quæ jure Gentium *poſtliminio* carent.

*I. Internam juſtitiam exigere, ut reddantur, quæ hoſtis noſter* alii injuſto bello eripuit.

*II.* Exempla:

*III. An quid* deduci *posſit.*

*IV. Etiam* populos *ſubditos, aut* populorum partes *reddendas his, quorum fuerunt, ſi ab hoſte injuſtè occupati ſint:*

*V. Quo* tempore *obligatio reddendi extinguatur.*

*VI. Quid faciendum in* dubia *cauſa.*

§ 1 ETſi jure gentium multa poſtliminio careant, ut *bona mobilia*, & id genus, tamen ſi quæ talia hoſtis noſter injuſtè aliis eripuerit, eaque

eaque à nobis capiuntur juſto bello, dominis ſuis ſunt reddenda; quia quod in ea hoſtis habuit jus, fuit nullum, ac idcirco majus meliusve ad nos transferre non potuit.

§. 2. Et ita *Romani* Latinis & Hernicis reddunt, quæ Volſci & Æqui eis eripuerant. Simile quid obſervavit *Corn. Scipio. L. Æmil. Gallus, T. Quinctius* & *alii.*

§. 3. Si res talis *empta* fuerit, poterit *deduci pretium*, in quantum ipſi, qui amiſit, valitura erat ejus recuperatio. Si cum *periculo* ac *labore* parta, etiam eorum æſtimatio poterit deduci.

§. 4. Eodem modo reddi quoque debent populi ab aliis *vi injuſtâ oppreſſi*; & ſic *Romani* ac *Lacedæmonii* fecêre.

§. 5. Obligatio ſic reddendi quamdiu durat, colligitur ex *Legibus publicis*, ſi inter *cives* eosdem eſt negotium; inter *alios*, ex *conjectura*, quâ colligitur, verùm dominum rem eam habuiſſe pro derelicta.

§. 6. Si cauſa *dubia* utrinque, optimum perſuadere alterutri parti, ut *pecuniam pro poſſeſſione* capere malint.

## CAPUT XVII.

### De his, qui in bello *medii* ſunt.

I. *A pacatis* nihil ſumendum, *niſi ex ſumma* neceſſitate, *cum reſtitutione* pretii.

II. Exempla *abſtinentiæ* & præcepta.

III. *Quod ſit* officium pacatorum *circa bellantes.*

§. 1. DE his, qui in bello *pacati* ſive *medii* ſunt, nil ſumere, niſi *neceſſitate* exigente, quæ debet

debet eſſe ſumma, & major, quàm quâ ipſi illi teneantur, nec plus vel aliud ſumendum, & ceſſante neceſſitate *reſtituendum*; ſi quid abſumtum reſtitui nequit, *reddendum eſt pretium*.

§. 2. Sic *Moſes* tranſitum per Idumæos uti velle, promiſit. Fecerunt idem *Græci* ſub Clearcho, & multi alii. Conducunt quoque huc proviſus rerum neceſſariarum, & ſolutio ſtipendii; quæ ubi præſtare is omittit, qui bellum gerit, tenetur damni, quod milites ex ea cauſa aliis inferunt.

§. 3. Contra *Medios* juvare eum, qui *injuſtum* fovet cauſam, non debere, in dubio verò æquos ſe præbere tenentur *utrique parti*, nec alterutri plus in [illegible] concedere. Conducit, ut fœdus *ſpecialiter ineant cum utraque parte*, ex quo cum bona utriuſque venia facere hæc liceat.

## CAPUT XVIII.

## De his, quæ in bello publico *privatim* fiunt.

I. *An* privatim hoſti nocere *liceat, expoſitum cum di-ſtinctione juris Naturalis, Gentium & Civilis.*

II. *His, qui* ſuo ſumtu militant, *aut naves inſtruunt, quid per internam juſtitiam liceat reſpectu* hoſtium.

III. *Quid reſpectu ſuæ* civitatis.

IV. *Quid Chriſtianæ dilectionis regula ab iiſdem exigat.*

V. *Quomodo bellum* privatum *cum* publico *miſceatur.*

VI. *Ad quod teneatur, qui* ſine mandato *hoſtibus nocuit, cum diſtinctione explicatur.*

§. 1. PRivatim & injuſſu Imperatoris pugnare in hoſtem, eique nocere, *gentium* jure *licitum* cuilibet; at *civili* Romanorum prohibitum ſeveriſſimè, ne per eam licentiam deſererentur *ſtatio-*

*ſtationę*, aut *inconſulta prælia* inirentur. *Jure naturæ* autem in *juſto* bello pariter cuivis licitum, quatenus huic parti profuturum. Juſſum autem vel *mandatum* Imperatoris eſt, vel *generale*, cùm poteſtas pugnandi datur omnibus, aut ſingulis interdum, etiam extra ſui tutelam, cùm ſic expedit Reipublicæ.

§. 2. Vel *ſpeciale*, quod, præter milites vulgares, habere poſſunt etiam, qui proprio militant ſumtu, aut partem belli adminiſtrant ſuis impendiis; quales, vice mercedis, capta ſua facere poſſunt. Sed hoc eatenus *reſpectu hoſtium*, quatenus vel pœna ſumitur æqua à nocentibus, vel à cæteris, aliàs hoſtibus, exigitur, quod vel initio, vel ex poſtfacto debebatur, idque æquo arbitrio æſtimandum.

§. 3. *Reſpectu ejus, pro quo militant*, quatenus pericula & impendia æqualia ſunt rebus captis; ſi multò majora, quod ſupereſt, ipſi reddendum.

§. 4. Quanquam in his omnibus, ſi tantùm ſingulis, eisque *innocentibus*, inferatur calamitas, eaque ſumma, & ad belli finem nihil profutura, peccaretur contrà charitatem Chriſtianam.

§. 5. *Miſcetur* hoc privatum bellum aliquando cum publico, cùm quis incidit in hoſtes & vitæ adit periculum; in quo caſu juſtum eſt, quod concedit defenſio, ſui tuendi gratiâ.

§. 6. Cæterùm ſi quis miles calamitatem privatim adferat, non juſſus, ſine neceſſitate, aut juſtâ cauſâ, tenebitur hoſti ad *reſarciendam* eam. Nam juſta cauſa eum liberat, ſi non apud civi-

tatem

tatem ſuam, cujus mandata egreditur, ſaltem apud hoſtem, ne quid ei debeat.

## CAPUT XIX.

## De fide inter hoſtes.

I. *Fidem deberi hoſtibus qui buſvis.*

II. *Refellitur ſententia, quæ* prædonibus & tyrannis *fidem ſervandam negat.*

III. *Solvitur argumentum, ſumtum ex eo, quod tales pœnam merentur; & oſtenditur hoc non conſiderari, ubi* tanquam cum tali *actum eſt.*

IV. *Non obſtare, quod promiſſio* metu *extorta ſit, ſi ei, qui promiſit, metus illatus non ſit.*

V. *Aut ſi* juramentum *acceſſerit, quanquam id adverſus prædonem impune, quod homines attinet, violatur.*

VI. *Eadem aptata ad* ſubditos *bellantes.*

VII. *Specialis difficultas circa* promiſſa ſubditis facta, *ob ſupereminens dominium tractatur.*

VIII. *Et oſtenditur, talia promiſſa firmari* civitatis jurejurando:

IX. *Aut ſi* tertius *ſe interponat, cui fiat promiſſio.*

X. *Mutatio* ſtatus publici *quomodo fiat.*

XI. *Metus exceptionem ad bellum* ſolenne *juris gentium non pertinere:*

XII. *Quod intelligendum de metu tali, quem* jus Gentium *agnoſcat.*

XIII. *Servandam fidem &* perfidis:

XIV. *Non ſi* conditio *deficiat: quod locum habet, ſi alter parti pactorum non ſtet.*

XV. *Nec ſi juſta* compenſatio *opponatur.*

XVI. *Quamvis ex* alio *contractu:*

XVII. *Aut* damno *dato:*

XVIII. *Imo & ex* pœna.

XIX. *Quomodo hæc in* bello *locum habeant.*

I. Hactenus vidimus, quantum liceat in bello, ſi res nude ac *in ſe* ſpectetur, nunc videamus, quantum liceat ob *promiſſum fidemque*. Hic primo ſciendum, fidem hoſti datam eſſe *ſervandam*,

*vandam*, quia etſi hoſtes ſunt, capaces tamen juris ex promiſſo, quoniam *homines* eſſe non deſinunt. Nec quia *falſum dicere* licitum hoſti, ideò & *promiſſis fallere*, quia hæc jus ejusnovum pariunt.

§ 2. Eadem *prædonibus* & *tyrannis* ſervanda, quia licet non habeant ſpecialem communionem juris *gentium*, habent tamen generalem juris *naturæ*; ac ita *Cæſar*, *Pompejus*, & *alii*, in piratis judicarunt.

§. 3. Nec auferri videtur ab ipſis hoc jus in *pœnam*, quandoquidem licet ſint *malefici* & *ſine civitate*, adeoque puniri à quovis poſſint; cum ipſis tamen, tanquam maleficis, *contrahitur*:

§. 4. Nec ob *metum* illatum, ſi tertius pro amico, cui metus illatus eſt, promiſerit: quandoquidem promiſſio hujusmodi ſine metu facta, ac ideò non neceſſaria eſt, ſolvi:

§. 5. Vel ſi, qui promiſit, adjecit *juramentum*: quia talis Deo adſtringitur. *Hæredes* tamen ejus non obligantur.

§. 6. Etiam ſubditis *deſertoribus* & *rebellibus*, ſi cum eis, tanquam talibus, negotium contrahitur, fides eſt ſervanda, ex ſuperius allata cauſa; ex qua etiam *ſervis* ſervari debet, poſſuntque hi contra metus exceptionem exigere juramentum.

§. 7. Nec obſtat *jus ſupereminentis dominii* etiam in talia ſubditorum jura; quoniam id eatenus tantum competit, quatenus expedit in regimine civili aut regio communiter totiq; reipublicæ. Expedit autem fere ſemper, *pacta* ſervari.

§. 8. Poſſunt & pactis talibus addi *juramenta*

 totius

Digitized by Google

totius civitatis, eaque populi quotannis, quale quid à *Romanis* factum in cauſa *tribunorum*, cùm primum crearentur.

§. 9. Poteſt & dari fides, ad reddendum validam obligationem, *ei, qui* metum non intulit.

§. 10. Talibusque pactis etiam ipſe *ſumma Reipublica* poteſt *obligari*.

§. 11. Sicut autem in bello ſolenni *metus utrinque illatus* nullam parit exceptionem, quoniam pro juſto habetur; ſic revera qui talem metum, injuſto bello, intulit, tenetur *reddere*, quod ſic extorſit, & in integrum reſtituere eum, qui quid vel juravit, vel ſimpliciter promiſit, niſi novus ac liber accedat conſenſus.

§. 12. Etiam in ſolenni bello ille ſolùm metus exceptionem non admittit, qui permiſſus eſt jure *gentium*; non alius quicunque, honeſtati repugnans.

§. 13. *Perfidis* quoque ſervanda fides, etiamſi ſint hoſtes.

§. 14. Sed non omnes ſunt perfidi, qui *promiſſa non præſtant*. Ut ſi quid promiſſum fuerit ſub *conditione*, eaque conditio non exſtiterit: ut, ſi prior non implevit, quod tenebatur: niſi nominatim cautum fuerit, ne promiſſio ceſſet, licet hoc illudve non fiat.

§. 15. Item, ſi quid promiſſum fuit, propter *compenſationem rei noſtræ æquivalentis*, quæ eſt apud alterum, poterit non præſtari.

§. 16. Valetque hoc, etiamſi alter ex *alio contractu* tantùm nobis debet, idque nos conſequi non valemus:

§. 17.

§. 17. Aut ex *damno* tenetur:

§. 18. Imò & ex *pœna* debita.

§. 19. *Compenſatio* autem talis non pertinet ad id, unde bellum ortum, aut quod jure gentium fit in bello, ut videlicet per quem bellum finiatur; ſed ad id, quod ex alio contractu inter bellum inito debetur. Nec fieri compenſatio debet, niſi inter eaſdem perſonas, ne jus *tertii* lædatur.

# CAPUT XX.

## De fide *publica*, quâ bellum *finitur*; ubi de pacis *pactione*, de *ſorte*, de *certamine* condicto, de *arbitrio*, *deditione*, *obſidibus*, *pignoribus*.

I. *Fidei inter hoſtes diviſio* ad *ordinem ſequentium.*

II. *Pacem facere in regio ſtatu eſſe regis.*

III. *Quid ſi* rex *ſit infans*, furioſus, captivus, exſul?

IV. *In* procerum *aut* populi *ſtatu jus pacis faciendæ eſſe penes plures.*

V. *Quomodo* imperium *aut* pars imperii *aut* regni bona *pacis cauſâ validè alienentur.*

VI. *Quatenus ex pace per regem facta* populus *aut* ſucceſſores teneantur.

VII. Res ſubditorum *paci concedi poſſe ob utilitatem publicam, ſed cum onere* damni reſarciendi.

VIII. *Quid de rebus jam bello* amiſſis.

IX. *Non diſtingui hic inter quæſita jure* gentium *& jure civili.*

X. Utilitatem publicam *apud externos pro probata haberi.*

XI. Regula generalis *in pace interpretanda.*

XII. *In* dubio *credi conventum, ut* res maneant quo ſunt loco, *quod quomodo accipiendum.*

XIII. *Quid ſi convenerit, ut* reſtituantur *omnia in eum ſtatum, quo* ante *bellum fuerant?*

XIV. *Tunc, qui* ſui juris *cum eſſent, ſponte ſe alicui ſubjecerunt, non reddi.*

XV. Damna bello data *remiſſa in dubio cenſeri*:

XVI.

XVI. *Non etiam, quæ ante bellum privatis debebantur.*

XVII. Pœnas *etiam ante bellum publicè debitas in dubio remiſſas cenſeri.*

XVIII. *Quid de* jure privatorum *ad pœnas.*

XIX. Jus *quod ante bellum publicè obtendebatur, ſed controverſum erat, facilè cenſeri* remiſſum.

XX. Capta *poſt pacem reddenda.*

XXI. *De* pacto reddendarum rerum, *quæ bello capta ſunt, regula quadam.*

XXII. *De* fructibus.

XXIII. *De nominibus* regionum.

XXIV. *De relatione ad* pactum antecedens: *& de eo, per quem ſtetit.*

XXV. *De* mora.

XXVI. *In* dubio *interpretationem faciendam contra eum,* qui leges dedit.

XXVII. *Diſtinguuntur* novam bello cauſam præbere, *& pacem* rumpere.

XXVIII. Quomodo *rumpatur pax, faciendo contra id quod omni paci ineſt:*

XXIX. *Quid ſi* ſocii *vim intulerint?*

XXX. *Quid ſi* ſubditi? *& quomodo eorum factum approbatum cenſeri debeat.*

XXXI. *Quid ſi ſubditi* alii militent?

XXXII. *Quid ſi ſubditis* nocitum *ſit? ubi diſtinctio adhibetur.*

XXXIII. *Quid ſi* ſociis? *ubi item diſtinguitur.*

XXXIV. *Quomodo rumpatur pax faciendo contra id, quod* in pace dictum eſt.

XXXV. *An facienda diſtinctio* capitum pacis.

XXXVI. *Quid ſi* pœna *ſit adjecta?*

XXXVII. *Quid ſi* neceſſitas *obſtiterit?*

XXXVIII. *Pacem* manere, *ſi id velit is, qui* læſus *eſt.*

XXXIX. *Quomodo rumpatur pax, faciendo contra id, quod eſt de* ſpeciali natura cujusque pacis.

XL. Amicitiæ nomine *quid veniat?*

XLI. Subditos *&* exſules recipere *an contra amicitiam ſit.*

XLII. Sorte *quomodo bellum finiatur.*

XLIII. *Quomodo diſtinctio* certamine *& an id licitum.*

XLIV. *An* factum regum *populos hic obliget.*

XLV. *Quis* victor *cenſendus?*

XLVI. *Quomodo per* arbitrium *finiatur bellum, & arbitrium hic intelligi ſine provocatione.*

XLVII. Arbitros *in dubio intelligi adſtrictos jure.*

XLVIII.

XLVIII. *Arbitros de poſſeſſione pronunciare non debere.*
XLIX. *Quæ ſit vis* deditionis puræ.
L. *Quod* officium victoris *circa eos, qui ſic ſe dedunt.*
LI. *De deditione* conditionata.
LII. Obſides *dari qui poſſint, & debeant?*
LIII. *Quod* jus *in obſides?*
LIV. *An* fugere *obſidi liceat?*
LV. *An obſes* in aliam cauſam *rectè retineatur?*
LVI. Mortuo *eo, pro quo quis obſes venit, obſidem liberari.*
LVII. Rege, *qui obſidem dedit mortuo, an obſes teneatur?*
LVIII. *Obſides interdum* principaliter obligari: *& alterum ex alterius facto nunc teneri.*
LIX. Pignorum *obligatio qualis?*
LX. Luendi jus *quando amittatur?*

§ 1. Ut autem dicta clarius intelligantur, notandum, *fidem* hoſti datam eſſe vel *expreſſam* vel *tacitam*. Illam *publicam* aut *privatam*. Publicam vel *ſummarum*, vel *inferiorum* poteſtatum. Fides *ſummarum* poteſtatum aut *finem* bello imponit, aut de *aliis* rebus agit. Ejus, quæ *finem* imponit, quædam *principalia* ſunt, quædam *acceſſoria*.

§. 2. *Finem* ergo bello imponere *pactis*, ſola poteſt ſumma poteſtas, & is, qui exercendi *ſummi imperii jus* habet; ut in ſtatu *regio Rex*, niſi jus ejus circa hoc non ſit *limitatum*, aut *impeditum*:

§. 3. Ut, ſi *minorennis* ſit, aut *capta mentis*, aut *captivus*; modò is habeat Imperium delatum à populo; qualis non quidem *jus* imperii, ſed *exercitium* amittit, per populum, aut conſenſu ejus, alium adminiſtrandum: De *privatis* tamen rebus valebit pactum. *Exulis* quoque Regis jus videtur impeditum, niſi conſtet, planè liberè vivere.

§. 4. In ſtatu *optimatum*, finiendi belli jus habet pars major *Senatûs*: In ſtatu *populari* pars major

jor *multitudinis* ſive concionis; eaque obligabit & reliquam partem.

§. 5. *Reges* hodierni plerique, quia ſunt *uſufructuarii*, regnum aut partem ejus *alienare* non poſſunt pacto; imò, ut ne poſſint, *Reipublicæ* caveri poteſt, antequam fiant Reges, taleſque eorum actiones irritæ reddi; & ſic factum præſumitur. Ut ergò *alienari* poſſit, opus eſt *conſenſu populi*, ſaltem per *ordines*, ſi alienandum eſt totum. Sin verò pars, conſenſu & corporis totius, & peculiariter partis, quæ alienari debet, quæ in *neceſſitate* ſumma, etiam ſine totius corporis conſenſu, ſeſe poteſt alienare. Reges regnorum *patrimonialium* regnum alienare poſſunt, etiamſi *partem* nequeant, quia fortè datum regnum ſub hac conditione, ne dividatur. *Bona* quoque regni, ſi ſint in Regis patrimonio, poſſunt alienari; vel cum ipſo regno, ſi individuè cum eo habeant; vel ſine eo, ſi contrà. Si non ſint in ejus patrimonio, non poſſunt alienari, niſi expreſſè leges permittant.

§. 6. Obligat autem *pactum Regis* etiam *ſubditos* & *ſucceſſores*, quatenus poteſtas obligandi pars eſt imperii, & pacto illi ratio probabilis ineſt, niſi Rex ſimul habeat imperium *herile*, vel in *ſubditos*, vel in *res* eorum.

§. 7. *Res ſubditorum* alienare *pacis* & *utilitatis publicæ* cauſâ, vel cum iis quidvis facere poteſt Rex, ex jure *ſupereminentis dominii*; ſed ita, ut interim civitas teneatur *reſarcire* damnum iis, quorum res ſic pereunt, quandocunq; reſarcire poterit; detracta tamen *parte*, quam illi ipſi, qui

damnum

damnum paſſi ſunt, ad ejus reſtitutionem referre debuiſſent.

§. 8. Nec damna, quæ bello civibus ex cauſa publica ſunt illata, reſarcire non tenetur civitas, quia *jus belli*, quod talia damna permittit, non concernit *cives inter ſe*, niſi Lex civilis actionem ex tali cauſa prohibeat.

§. 9. At licet ſint, qui inter *bona jure gentium* & *civili* quæſita, diſtinguant, hæcq; ablata compenſari non oportere exiſtiment. Tamen hoc falſum, quia *dominium* ex quacunque cauſa ſimiles ſemper habet effectus.

§. 10. Ne autem *Rex*, niſi *publicæ utilitatis* cauſâ, in his quid faciat, id civitati deſpiciendum. Nam exteri utilitatem eam habent pro *probata* in contractibus cum Rege.

§. 11. In *pactorum Pacis interpretatione* notandum, quò quid plus habet *favoris*, eò laxius interpretandum eſſe, & contrà; Porrò maximè favorabile eſſe jure naturæ, ut quiſque conſequatur *ſuum*; & proinde, juſtum bellum gerenti, id, quod bello quærebat, cum damno & impenſis eſſe reddendum. Sed quia *gerere juſtum* videri volunt omnes, proximum, ut partes *æquentur*, aut *reducendo* turbata ad formam veterem, aut faciendo, ut *maneant*, quo ſunt, loco.

§. 12. Quod *poſterius*, quia facilius, in dubio putatur conventum. Itaque nec *captivis* erit *poſtliminium*, nec *transfugæ* reddentur, niſi de illis convenerit. *Res* quoque manebunt penes eum, qui eas ita, ſicut aliàs eſt dictum, tenet.

§. 13. Quod verò *prius* attinet, in eo forma ve-

tus intelligitur, quæ bellum proximè præceſſit.

§. 14. Quod ſi bello durante *populus juris ſui* ſeſe ſponte alii ſubjecit, reſtitui haud debet, quia reſtitutio eorum eſt, quæ vi aut dolo licito ad hoſtem pervenerunt.

§. 15. Nec *damna*, etiam privatim data, reſtituenda, niſi expreſſè fuerit conventum; nec pars ulla belligerantium injuſtitiæ damnanda.

§. 16. *Reſtitutio* tamen excipitur illius, quod ante bellum cœptum debebatur privatim, item, que jurium ante debitorum.

§. 17. Solum *jus ad pœnam* cenſetur remiſſum inter Reges populosque.

§. 18. Non inter *privatos*, niſi conjectura aliqua, quantumvis levis, doceat.

§. 19. Sed & *jura cætera*, ſi ſint inter populos Regesve, cenſebuntur remiſſa, ex conjectura aliqua non improbabili.

§. 20. *Capta* poſt confectam pactionem ſunt reddenda.

§. 21. *Pacta de captis* in bello favorabiliora, & ſic latius exponenda, quæ reſpiciunt partem *utramque*, earumq; commoda, quàm quæ unam: quæ *homines*, quàm, quæ res: quæ *immobilia*, quàm, quæ *mobilia*: quæ *publicum*, quàm, quæ privatos; quæ poſſident titulo *lucrativo*, quàm, quæ oneroſo.

§. 22. Cui per *Leges pacis* quid conceditur, ei & *fructus* conceduntur illius, non tamen percepti ante conceſſionem.

§. 23. *Nomina regionum* accipienda, prout periti illo tempore accipiunt.

§. 24.

§ 24. *Pacta vetera* exiſtimanda renovata, ſi eorum in *novis* ſit mentio. Habendum pro faciente, qui facere voluit, & impeditus non potuit.

§. 25. *Mora* non admittitur purgatio, etiam poſt breve tempus, niſi neceſſitas improviſa fuerit impedimento.

§. 26. In *dubio ſenſu verborum*, interpretatio debet fieri contra eum, qui verba pronunciavit.

§. 27. Etiam hoc obſervandum, aliud eſſe *pacem rumpere*, & aliud *novam bello cauſam dare*. Rumpitur pax vel faciendo contra id, quod omni paci ineſt; vel contra id, quod in pace conventum eſt expreſſè; vel contra id, quod ex pacis natura tacitè intelligitur.

§. 28. *Primo modo*, ſi vis bellica inferatur ſine *nova cauſa*; quæ ſi adferri quoquo modo poteſt, *injuſtitia* potiùs, quàm *perfidiæ* aſſignandum factū.

§. 29. Si ea vis illata fuerit à *ſociis*, pax rupta non cenſebitur, *niſi* hoc expreſſè in Legibus fuerit poſitum; ſed adverſus ipſos ſolos bellum erit.

§. 30. Nec ſi inferant *privati* bellum, ſine juſſu publico. *Conſenſiſſe* autem publicè videntur, qui ſciverunt, punire potuerunt, & neglexerunt. *Sciviſſe* creduntur, ſi illata ea vis apertè, vel denunciata. *Punire potuiſſe* præſumuntur omnes publici Magiſtratus ob munus ſuum. *Neglexiſſe* putantur, qui non puniverunt intra tempus ſolitum in criminibus puniendis.

§. 31. Aliter ſe res habet, ſi *ſubditi* militant pro iis, qui contra amicos noſtros bellum gerunt. Hoc enim non concedendum: Et conceſſum



Digitized by Google

præſumitur, niſi publica quædam conſuetudo cunctis militandi, diverſum comprobet.

§. 32. Pax quoque rupta creditur, ſi *ſubditis* vis armata inferatur, ſine *nova cauſa:* Nec cauſa nova ſufficit, niſi prius res in *judicio* fuerit tentata. Si jurisdictioni alicujus ſubjecti tàm ſunt dediti maleficiis, ut præſumi poſſit, rectoribus eorum hoc non probari, contrà hos, tanquàm deditos, agere licebit.

§. 33. Item, ſi vis inferatur *ſociis* noſtris, in illa pace comprehenſis, pax cenſetur rupta, etiamſi ipſi pacem non pepigerint, ſed alii pro ipſis.

§. 34. *Secundo modo* rumpitur pax, ſi omittatur, quod præſenti pace placuit.

§. 35. Nec excuſat, peccatum contrà caput pacis *minoris momenti*; quanquam bonitas Chriſtiana hæc talia facilius condonare debeat: &, ut fiat, conſultum ſit, cavere, ne pax rupta credatur talibus violatis, aut, ut prius arbitri adhibeantur, quàm veniatur ad bellum.

§. 36. Et præſumitur, per hæc non violari pacem, ſi in ea fuerit adjecta *pœna*, quam is, qui hujusmodi quid committit, ſubire debeat.

§. 37. Quod ſi *neceſſitas* aliqua impedit, quo minus poſſit fieri, quod conventum eſt, pax quidem non rumpitur, ſed alteri jus eſt eligendi, num exſpectare malit, donec poſſit fieri, an accipere æſtimationem.

§. 38. Pax quoque manet, ſi ita velit *innocens*, eamque cupiat ſervare poſt læſionem.

§. 39. *Tertio modo* rumpitur, ſi quid fiat, quod natura ſpecialis pacis exigit.

§. 40.

§. 40. Sic quod *contra amicitiam* fit, rumpit pacem, amicitiæ cauſâ factam. Facto tamen detrahenda invidia, niſi apertè diverſum appareat, ut ſi minæ atroces ſpargantur, arces ſtruantur nocendi cauſâ, copiæ inſolitæ conſcribantur in eum, quo cum pax facta, idque juſtis indiciis appareat.

§. 41. Si qui ex ditione unius *migrant in ditionem alterius*, niſi civitates ſint integræ, aut ex ſacramento miniſterium debeant, eos ſuſcipere amicitiam non tollit; nec ſi *exulibus* perfugium datur, niſi ſint, qui condemnati juſtæ pœnæ ſe ſubtraxerint.

§. 42. *Finiri* bellum *ſorte* poteſt, ſed ob eas ſolùm res ſuſceptum geſtumve, in quas plenum habemus dominium, niſi fortè hæc conditio offeratur innocenti, & modis omnibus inferiori alteri, qui injuſtum bellum infert.

§. 43. Poteſt & finiri *duello*, ſi jus gentium ſpectetur. Sed internâ juſtitiâ nemo jus habet in ſuam vitam, peccatque in Deum, qui eam tàm vili æſtimat, ut pro re exigui momenti velit perdere: & in proximum, qui pro tali re eum vult occidere. Si res ſummi eſt momenti, non debet ejus obtinendæ ratio tam leviter tractari, ſed ſummis viribus propugnari. *Unus caſus* poteſt excipi, ſi, qui talem offert conditionem, manifeſtò evaſurus eſt ſuperior, & innocentes multos occiſurus. *Permitti* tamen poteſt rectè, licet rectè non fiat, ſi parati ſint certare duo illi, inter quos eſt controverſia, ut multorum innocentium ſanguini parcatur.

§. 44. Porrò, ſi qui Reges forte aut duello tali bellum committunt, *jus* ſibi quidem adimere, *transferre* autem in victorem non poſſunt, niſi populi conſenſu in regnis, quæ non ſunt in patrimonio.

§. 45. *Victi* non videntur, niſi, qui *aut* occubuerunt, *aut* in fugam dati ſunt. Quod *poſterius* non valet ſemper de iis, qui loco cedunt.

§. 46. *Arbitrorum* duo ſunt genera; *alii* ſolùm conciliatores ſunt; *alii* tales, ut eorum arbitrio ſimpliciter ſit parendum, ut in quos eſt compromiſſum, de quibus provocari, & de injuria queri non licet.

§. 47. Poſſunt eligi ARBITRI, ut loco *judicium* ſint, vel ut laxiorem habeant poteſtatem ad omne æquum, hoc eſt id, quod rectius ſit, quàm non ſit, etiamſi juſtitia propriè non exigat. In dubio tamen electi priori modo videntur à ſummis poteſtatibus.

§. 48. Debent autem arbitri pronunciare de *principali* negotio, non de *poſſeſſione*, ideoque durante cauſæ cognitione nihil eſt innovandum.

§. 49. Alterius generis arbitri eſt ſumtio, cùm hoſtibus de ſe arbitrium permittitur, id quod à deditione nil differt. Atque in hoc genere obſervandum *de eo*, qui talem arbitrum ſumit; quidvis in ipſum licere;

§. 50. *De eo* verò, cui ejusmodi arbitrium commiſſum eſt; neminem, niſi facinore ſuo meritum, debere occidere, etiamque in his clementiæ locum dare, quantum ſecuritas permittit: Id quod vetus formula vult, quâ ſe dedere,

Digitized by Google

dere, aut committere clementiæ ac fidei aliorum dicebant; nec alia eſt ea *fides*, quàm *probitas bonitasque victoris*, quam in mera iſtiusmodi deditione implorabant.

§. 51. Poteſt tamen & ſub conditione certa fieri *deditio*, & vitæ, libertati, bonis. imperio etiam ea parte conſuli.

§. 52. Adjuncta *pactionum* ſunt *obſides*, qui aut ſponte dantur, aut imperio illius, qui civitati præeſt; Qui tamen tenetur repenſare damnum, quod patiuntur illi aut proximi.

§. 53. Cæterùm *interfici obſides* internâ juſtitiâ non poſſunt, niſi deliquerint, quod mortem mereatur; nec ſervi fiunt; Gentium denique jure bona habere, & teſtamenta facere poſſunt.

§. 54. *Fugere* autem obſidi non licebit, ſi ipſe fidem dederit: Sin minus, civitas ad id ſolùm dediſſe eum creditur, ut qui facultatem ejus habet, cuſtodiat, quo maximè modo eum velit.

§. 55. Et quia odioſa eſt *obligatio* obſidum, ideò in unam cauſam dati, ex alia retineri non poſſunt, quæ ſine obſidibus eſt promiſſa; niſi ex alio gentium jure, non tanquam obſides, ſed tanquam ſubditi quicunq; ejus, qui peccavit; quod tamen ipſum caveri poteſt, addito pacto, ne fiat.

§. 56. *Liberatur* obſes, mortuo eo, pro quo redimendo liberandove venit.

§. 57. Mortuo eo, qui fecit fœdus, non liberatur, niſi fœdus illud fuerit perſonale.

§. 58. Obſides interdum *principaliter obligantur*, velut illi, qui ex contractu promittunt factum alienum, tenentur ad id, quod intereſt. Cæterùm



Digitized by Google

rum ſine conſenſu ſuo teneri obſidem ex facto alieno, iniquum eſt.

§. 59. *Pignorum* obligatio eſt, qualis obſidum, niſi quòd pactio de iis latiùs nonnihil ſumatur.

§. 60. Eorum *luendi jus* nullo tempore amittitur, niſi certa ſit conjectura, quâ conſtet, dominum ea pro derelictis habere.

# CAPUT XXI.

## De fide *manente* bello; ubi de *induciis, commeatu, captivorum redemtione.*

I. Induciæ *quid ſint, & an id tempus veniat pacis, an belli nomine.*

II. *Vocis* Origo.

III. *Nova* indictione *poſt inducias non opus.*

IV. *Quomodo computanda ſint* tempora, *induciis præfinita.*

V. *Quando* obligare *incipiant.*

VI. *Quid per inducias* liceat.

VII. *An* retrocedere *& reficere* mœnia, *& ſimilia:*

VIII. *De* locis *occupandis diſtinctio.*

IX. *An* redire *poſſit, qui vi majore retentus eſt, circa exitum induciarum.*

X. *De ſpecialibus induciarum* pactionibus, *& quæ inde quæri ſolent.*

XI. *Induciarum* pactionibus, *ab altera parte ruptis, alteram bellum movere poſſe.*

XII. *Quid ſi* pœna *addita fuerit?*

XIII. Privatorum *facta quando inducias rumpant.*

XIV. *In jure* commeandi *extra inducias qualis ſumenda interpretatio.*

XV. *Qui* militum *nomine veniant:*

XVI. Ire, venire, abire, *quomodo hic accipienda:*

XVII. *De extenſione ad* perſonas:

XVIII. *Ad* bona:

XIX. Comitis *&* gentis *nomine qui veniant:*

XX. *An conceſſio juris commeandi* morte *extinguatur:*

XXI. *Quid ſi data ſit, donec qui dedit,* voluerit?

XXII. *An ſecuritas* & extra territorium *debeatur.*

XXIII. *Favor* redemtionis captivorum:

XXIV. *An lege* interdici *redemtio poſſit, diſtinctione explicatur.*

XXV.

*XXV. Jus in captivum* cedi *poſſe:*

*XXVI. Poſſe ab* uno *pretium pluribus deberi:*

*XXVII. Conventio an reſcindi poſſit, ob* divitias *captivi pignoratas.*

*XXVIII. Quæ* bona capti *captorem ſequantur.*

*XXIX. An* heres *pretium debeat, diſtinctione explicatur.*

*XXX. An* redire *debeat, qui dimiſſus eſt, ut alterum liberet, eo mortuo.*

§. 1. SUnt & quædam inter belligerantes, durante bello, commercia, fide mutua conſtantia, & ex his primùm *induciæ*, quæ nil aliud, quàm quies temporaria ab actu bellandi, bello manente. Unde pactum, quo conventum eſt, ut valeat belli tempore, valebit tempore induciarum; & contrà, ut valeat pacis tempore, non valebit, niſi appareat rationem conventionis hujus unicam fuiſſe in ſolidum, ut ceſſetur ab armis.

§. 2. Dictæ autem induciæ, quod inde, h. e. à tempore conventionis, ſit *otium in bello*, non pax.

§. 3. Unde poſt eas finitas nullâ novâ belli *denunciatione* opus; quæ ſi facta, ſolùm oſtendit pacis amorem.

§. 4. *Tempus* induciarum continuò definitum, e. g. in centum dies, numerari debet integrum. Si definitur per terminum, e. g. usque ad Calendas Martias, etſi poſſit terminus excluſivè ſtatui, tamen naturæ convenientius, ut intelligatur incluſus. Contrà ſe res habet in termino, à quo incipitur.

§. 5. *Obligantur* autem per inducias contrahentes inter ſe ſtatim; cæteri, facta publicatione; ac, ſi longius abſint, tùm demùm, cùm ad eos notitia earum potuit pervenire; ante quod tempus,



Digitized by Google

pus, ſi quid contra fecerint, pœnæ obnoxii non habentur.

§. 6. Illiciti autem tempore induciarum ſunt omnes *actus bellici*, ſive in perſonas, ſive in res; Ut, ſi caſu res hoſtium veniant in poteſtatem noſtram, reddi debeant, etiamſi antè noſtræ fuiſſent.

§. 7. At *recedere cum exercitu*, *reficere mœnia*, *militem conſcribere*, niſi contrà nominatim fuerit conventum, cum induciis non pugnat.

§. 8. Non verò licet, corruptis præſidiis, *loca ab hoſtibus occupata* invadere, aut *ſubditos* deficientes reficere, aut *incuſtodita* præſidiis occupare, niſi eo animo ſint relicta, ut nolimus amplius ad nos pertinere.

§. 9. Si quis circa finem induciarum deprehenditur in *hoſtico*, retineri poterit, licet vis major, quo minus recederet, eum impediverit: Interim eſt generoſius benigniusque, talem remittere.

§. 10. Dantur & induciæ ad *certos actus*, ut, *ſepeliendos* mortuos, ne oppugnentur *obſeſſi*. In talibus reliqua omnia licitè fient. Quod ſi *perſonis* per eas ſolis cautum, licebit ad res capiendas defendendasque eas lædere, quia hîc, ut acceſſorium quidpiam, intelliguntur.

§. 11. *Rupta induciarum fide* ab una parte, licebit alteri venire ad arma ſine nova indictione; ſed, ut hoc ſit in arbitrio illius, qui eſt læſus.

§. 12. Quod ſi *pœna* eo nomine poſcitur, & ſolvitur, non licebit.

§. 13.

§. 13. *Privati actus* inducias non rumpunt, niſi publicus accedat.

§. 14. Jus *commeandi*, per induciarum leges conceſſum, laxè, ut privilegium, eſt exponendum.

§. 15. Hinc datum *militibus*, intelligendum etiam de ducibus & nautis, & omnibus, qui ſacramentum dixerunt.

§. 16. Et cui datum beneficium *eundi*, ii etiam *redeundi* datum, hocque intelligendum ad eum terminum, ubi poſſit eſſe in tuto; non verò, cui datum ſolùm beneficium *abeundi*, aut *redeundi*; nec cui *venire* permiſſum, *ſæpius* id faciendi jus habet.

§. 17. Si cui horum quid conceditur, non & *filio* ipſius, & *uxori* conceſſum putatur, aut contra. *Famulus* tamen comprehenſus cenſebitur, tanquam id, quod moraliter eſt neceſſarium.

§. 18. Ita nec *bona* conceſſa putanda, niſi ſolita in itinere.

§. 19. Nec *comites* conceſſi, niſi boni, ut ſic excludantur latrones, transfugæ, deſertores.

§. 20. Jus commeandi *in dubio* non extinctum creditur *morte concedentis*, quia oritur ex poteſtate, quæ realis eſt, non perſonalis.

§. 21. Datum ea lege, ut *duret*, *quamdiu dans voluerit*, durare creditur, etiamſi nullo novo actu voluntatem declaraverit; non &, ſi deſiis velle, quod fit etiam per ejus mortem.

§. 22. Cui data commeandi ſecuritas, ei illa utique debetur, nec infeſtari ipſum fas eſt, etiam in territorio *alieno*.

§. 23. *Captivos redimere* res eſt maximè favorabilis.

§. 24. Itaque *Lex Romana*, nimium directa ad uſus bellicos, quæ hoc prohibet, laudari nequit abſolutè; niſi per talem rigorem plura & majora mala, moraliter inevitabilia, caveantur.

§. 25. Jus exigendi *pretium* pro captivo, transſcribi poteſt etiam in alium.

§. 26. Poteſt quoque captivus pretium debere *pluribus*, ſi dimiſſus iterum ab alio capiatur.

§. 27. *Pactum de pretio* ſemel initum reſcindi non poteſt, etiamſi poſt intelligatur locupletior, quàm initio eſt viſus.

§. 28. *Captori nil acquiritur* amplius per captivum, quàm quod ſpecialiter apprehendit; Ideò ſi quid *clam* captivus ſecum habuerit, & celaverit capientem, id nec acquiſitum capienti erit, & prodeſſe capto ad pretium redemptionis poterit.

§. 29. Si de *pretio redemtionis* fuerit *conventum*, & captivus *mortuus* interea ſit, in carcere, pretium haud debetur ab herede captivi. Contrà ſit, ſi mortuus fuerit poſt reſtitutam libertatem, niſi expreſſè aliud conventum ſit, quod tamen præſumi nunquam debet.

§. 30. *Dimiſſus è carcere*, ut alium liberet captum, ſi liberandus interea fuerit mortuus, reverti quidem in carcerem ob non confectum negotium non debet, præſtare tamen æſtimationem ejus, quod facere non potuit.

CAP.

Digitized by Google

# *CAPUT XXII.*

## De fide *minorum poteſtatum* in bello.

*I.* Ducum *genera.*
*II.* *Quatenus* eorum pactio *obliget ſummam poteſtatem:*
*III.* *Aut* occaſionem *obligationi det.*
*IV.* *Quid ſi factum quid* contra mandatum? *ubi diſtinctiones adhibentur.*
*V.* *An tali caſu* pars altera obligetur?
*VI.* *Quid belli duces aut magiſtratus poſſint circa* inferiores *ſe, aut pro* iisdem.
*VII.* Pacem facere *ducum non eſſe:*
*VIII.* *An* inducias *dare, diſtinguitur.*
*IX.* *Qua* ſecuritas perſonarum, *quæ res ab ipſis concedi poſſint.*
*X.* Stricte interpretanda *talia pacta, & quare?*
*XI.* *Quomodo interpretanda* deditio *à duce accepta.*
*XII.* *Quomodo* cautio, *ſi regi aut populo viſum fuerit.*
*XIII.* *Quomodo* promiſſum de oppido *tradendo.*

§. 1. PActa etiam interdum inter ſe ineunt minores *Duces*, ſive proximi ſint à ſummo duce, ſive longius ab eo diſtent.

§. 2. Hæc pacta *obligant* ſummam poteſtatem, ſi per ea faciunt, quod probabiliter in eorum officio continetur, aut in ſpeciali munere functioneque, quæ eſt nota publicè, aut iis ſaltem, quorum res agitur:

§ 3. Obligatur & aliter ſumma poteſtas ex antecedenti, facto *miniſtrorum*, vel per rem, vel per conſenſum, dando adhæc occaſionem: *Poſteriori* modo, ſi appareat ratihabitio, etiam tacita. *Priori*, ne locupletior fiat ex aliena jactura, id eſt, ut præſtet contractum, ex quo ſperat commodum, ut etiam à commodo recedat.

§. 4. Obligant quoque facta Ducum, etiamſi fece-

fecerint contra *occulta mandata*, ſi, quod faciunt, muneri commiſſo non eſt adverſum. Contrà non obligant, ſi qui præpoſuit tales, noluit cum eis contrahi, & id notum fecit. Hinc ſequitur, ut pro diverſitate legum & inſtitutorum alii magis, alii minus obligentur. De quibus ſi non conſtet, id conceſſum præſumitur, ſine quo munus commiſſum commodè expediri nequit. Si minor Dux egreſſus aliàs mandatum ſit, tenetur ipſe, ſaltem ad æſtimationem præſtandam. Si id, ſimulando mandatum, fecerit dolo, tenebitur de damno, obligabunturque bona ejus, hisque deficientibus, operæ ejus ac libertas, & ſi crimen acceſſerit, ad pœnam.

§. 5. Sicut autem ipſe, aut ſummus per ipſum Dux obligatur tali pacto, ita etiam *pars altera*, quæ cum paciſcitur.

§. 6. Dux & Magiſtratus inferiores obligant, *hic* oppidanos, *ille* milites per eos actus, quibus ipſis ſolet imperari. Si pepigerint, quod eſt *utile* inferioribus, ſimpliciter ad hos pertinebit: Sin quod eſt *oneroſum*, non, niſi conſenſerint.

§. 7. Hinc ſequitur, Duces tales *pacem* facere non poſſe, quia hoc non pertinet ad eos actus, quibus militi imperatur.

§. 8. *Inducias* tamen poſſunt facere, quantum copias ſuas attinet; nam alios, ſimili poteſtate præditos, ſuo facto non obligant.

§. 9. *Homines* quoque, *imperia*, *agros*, & alia bello quæſita concedere non poſſunt, exceptis iis, quæ in *præda* ſunt. Si quæ nondum ſunt quæſita, ea poſſunt. Igitur quibus *Minor* Dux fidem dedit,

dedit, ſalvos aut liberos fore, eos *Major* captivos retinere aut punire non poteſt.

§. 10. Cæterùm pacta talia *ſtrictè* exponenda, ne ſumma poteſtas plus obligetur, quàm per hoc vult obligari.

§. 11. Hinc, qui ſe *purè dedit*, arbitrio victoris populi, aut Regis ipſius ſe commiſiſſe putandus eſt.

§. 12. Sed & paciſcenti nocere non debet, quod ex *officio fecit*. Ideò qui pepigit, ut ſit ratum, ſi Rex ejus cenſuiſſet, in nihil tenetur, non ſecuta *ratihabitione*, niſi in quantum locupletior eſt factus.

§. 13. Et qui *oppidum* traditurum promiſit, præſidium dimittere poterit.

# CAPUT XXIII.

## De fide *privata* in bello.

*I. Refellitur ſententia, ſtatuens*, privatos *fide hoſti data non obſtringi.*

*II. Oſtenditur, obſtringi eos etiam* piratæ *&* latroni: *& quatenus:*

*III.* Minor *hîc non excipitur.*

*IV.* Error *an liberet:*

*V. Solvitur objectio, ſumta ex* publica utilitate.

*VI. Aptantur ante dicta ad fidem datam* reditus in carcerem*:*

*VII. In certum locum* non redeundi: *non* militandi*:*

*VIII. Non* fugiendi.

*IX.* Captum *alii ſe dare non poſſe.*

*X. An* privati *cogendi ſint à ſuis poteſtatibus implere, quod promiſerant.*

*XI. Qualis* interpretatio *in hujuſmodi pactis adhibenda.*

*XII. Quomodo ſumenda voces* vitæ, veſtium, adventus auxilii.

*XIII.* Rediiſſe ad hoſtem, *quis dicendus,*

*XIV.* Juſta auxilia *quæ in deditione, ſub conditione, facta.*

*XV. Quæ ad* executionem *pertinent, conditionem non facere.*

*XVI. De talium* pactorum obſidibus.

§. 1. **E**Tiam inter *privatos milites* pacta quædam & conventa ſunt, quibus inter ſe, contrà quàm nonnulli ſtatuunt, obligari poſſunt.

§. 2. Nec obſtat, ſi *Latro* aut *pirata* ſit, cui eſt data fides. Quòd ſi *metus* eſt incuſſus injuſtus, & ob eum facta promiſſio, petere promiſſor reſtitutionem poterit, ſique nequit obtinere, ſibi eam ipſe ſumere. Sin verò *jusjurandum* acceſſit, promiſſio ſervanda erit, licet vulgò non ſervata impunis eſſe ſoleat.

§. 3. *Minor* quoque, qui actum quoquo modo intelligit, excipi hic non poteſt.

§. 4. Nec *error* liberat, niſi per errorem quis crediderit ejuſmodi aliquid, quod habuit vim conditionis, cujus reſpectu pactum inibatur.

§. 5. Cæterùm per pacta iſtæc privatorum, *publica* non poſſunt alienari. Anne & *privata* cujuslibet, obſtante jure ſupereminente Civitatis, aut Imperantis? Ut majus malum evitetur, quale & publico magis cenſendum eſt damnoſum, utique poſſunt. Nec obſtat ſola publica utilitas, ut, quod factum eſt contrà officium, effectu omni juris careat; niſi *Lex* accedat, quæ tamen omnis lata cum ſenſu humanitatis cenſetur, h. e. in reſpectu ad id, quod à ratione & natura non abhorret, quale quid Lex *generalis* non præſumitur præcipere; *ſpecialis* ſi præcipiat, pro lege non habetur.

§. 6. Ideo *captivus*, qui ſe promiſit, conditione non impleta, rediturum in carcerem, etſi publicè utile non ſit, meritò permittitur redire.

§. 7. Sic, qui promiſit *non repugnare* contrà eum, à quo tenebatur captivus, etſi videatur facere contra officium, in promiſſione tamen ſervanda rectè non impeditur, quia per hoc patriæ conditio non fit deterior, cui captivus perinde erat, tanquam periiſſet.

§. 8. Qui promiſit, ſe non velle *fugere*, obligatur, etiam ſi vinctus promiſerit; non verò ſi ideò promiſit, ne vinciaetur, & poſtea vinctus aufugerit.

§. 9. Qui captus eſt ab uno, *dedere* ſe, ob jus huic quæſitum, alii non poteſt.

§.10.

Digitized by Google

§. 10. Quod ſi privati fidem iſtiusmodi datam præſtare neglexerint, *cogi* publicè ad præſtationem debent in bello ſolenni, ob jus gentium, quod belligerantes vult ſibi mutuò jus reddere.

§. 11. *Interpretatio* ejusmodi pactorum ea eſt, qualis in pactis publicis eſt oſtenſa.

§. 12. *Vitam* pactus, non habet jus ad libertatem. *Veſtes* pactus non habet jus ad arma. Veniſſe *auxilium* putatur, etiam quod ſolum in conſpectu eſt.

§. 13. *Rediiſſe* ad hoſtem non intelligitur, qui clam rediit, ut ſtatim exiret; ſed qui in poteſtatem hoſtium iterum venit.

§. 14. Facta *deditione ſub conditione*, niſi venerint auxilia, ea demum auxilia intelliguntur, quæ periculum profligare poſſunt.

§. 15. Quæ pertinent ad *executionem* pacti, pacto ipſi conditionem non faciunt. Itaq; mutata licet, pactum non mutant.

§. 16. *Obſides* hujusmodi pactorum acceſſio ſunt principalis actus, & ſic in dubio tenendum.

# CAPUT XXIV.

## De fide *tacita*.

I. *Tacitè* quòmodo *fides interponatur.*
II. *Exemplum in eo, qui in* tutelam recipi *à populo aut rege expetit.*
III. *Qui* colloquium *poſtulat aut admittit.*
IV. *Huic tamen, dum collocutori non noceat, integrum eſſe, res ſuas* promovere.
V. *De* mutis ſignis, *ex conſuetudine aliquid ſignificantibus.*
VI. *De tacita* approbatione *ſponſionis.*
VII. Pœna *quando tacitè remiſſa.*

§. 1. POteſt aliquando & *ſilentio* pactum fieri ac conveniri in aliquid; quia, quidquid conſenſum indicat, vim habet transferendi juris.

§. 2. Sic, qui ſe *dat in fidem* Regis aut populi alicujus, tacitè ſe obligat, ne quid adverſus ſtatum ejus faciat.

§. 3. Qui *colloquium* poſtulat aut admittit, tacitè ſe obligat, ut id collocutoribus faciat innoxium. Ideò decipere per colloquii ſpeciem ſemper à Scriptoribus reprehenſum.

§. 4. Sed hoc longius, quàm ut eis ſit innoxium, non extendendum

dendum. Licebit *conſilia hoſtium* avertere interim, & ſua promovere, ſpem facere pacis, & bellum parare.

§. 5. Obligant & alia, *ſigna* ſcil. muta, ut protenſio rami olivarum, veli candidi extenſio, & ſimilia ex conſuetudine recepta, eos, qui ipſis utuntur, non minus, ac ſi uterentur verbis.

§. 6. *Sponſio ducum* tacitè adprobata cenſetur à Civitate, cùm quid factum aut non factum ab ea, quod non poſſet fieri extra voluntatem probatæ ſponſionis.

§. 7. *Pœna* tacitè remiſſa intelligitur non ex diſſimulatione, ſed actu tali, qui per ſe amicitiam poteſt oſtendere, aut opinionem conceptam de tali virtute, cui pœnam remitti æquum eſt, quocunque denique modo iſta opinio indicetur.

# CAPUT XXV.

## Concluſio, cum *monitis* ad *fidem* & *pacem*.

I. Monita *ad fidem ſervandam.*
II. In bello pacem *ſemper ſpectandam.*
III. *Et* amplectendam *etiam cum damno*, chriſtianis *præſertim.*
IV. *Utile id* victis:
V. *Et* victori:
VI. *Et quorum* res dubiæ *ſunt.*
VII. *Pacem factam ſumma religione* ſervandam.
VIII. Votum *& finis operis.*

§. 1. Poſtremò *fidei*, tanquam rerum humanarum ſummi vinculi, ſumma ubique habenda ratio, & ea à Regibus maximè, cùm conſcientiæ tùm famæ gratiâ.

§. 2. Deinde *pacis* in toto belli negotio cura eſt habenda.

§. 3. Itaq; ubi ea *tuta* ſatis poteſt haberi, & *malefactorum*, & *damnorum*, & *ſumtuum* ratio tanta non eſt putanda.

§. 4. Quin & hoc utile eſt primum *inferioribus*, quibus periculoſum cum valentiore longum certamen;

§. 5. Deinde *Validioribus*, quia certa pax tutior & melior, quàm ſperata *victoria*, cùm præſertim maximè metuenda deſperantium ſit *audacia*:

§. 6. *Pax* autem *ſemel inita* ſanctè ſervanda vel ob illam ipſam, de qua *ante* diximus, fidem.

§. 7. *Id quod* omnium cordibus *inſcribere ut velit* DEUS, *toto eum animo precamur*!

F I N I S.

Digitized by Google

# Notæ breviſſimæ, quibus Grotius plerumque per Grotium explicatur.

## AD GROTII PROLEGOMENA.

GRotii. Licet vir hic ſummus, ex ſingulari modeſtia, incomparabilem ſuum de jure naturæ & gentium librum inſcripſerit de *Jure belli & pacis*: meretur tamen ille præ aliis titulum, quem poſui, *juriſprudentia univerſalis, naturalis & divinæ*, cùm non tantum primus de jure naturæ egerit ex profeſſo, licet materiam de eo nondum exhauſerit omnem; Sed hanc quoque Juriſprudentiam univerſalem & divinam in nonnullis partibus depinxerit tam præclarè, ut, qui hanc perficeret picturam, poſt hunc Appellem repertus fuerit hactenus inter tot juriſprudentiæ præcipuæ hujus ſcriptores nemo.

*Prolegomena.* Quæ partibus abſolvuntur duabus; quarum *altera* de jure agit univerſali, ejus exiſtentia & principio adæquato à §. 1. usque ad §. 28. *altera* de operis Grotiani cauſis, præſidiis, ſcopo, ſtylo, cenſura & methodo.

§. 1. *Attigerunt.* Theologi non minus, quàm Juris-

Juriſconſulti & Philoſophi, quorum *illi* caſibus conſcientiæ, *iſti* libris de jure & juſtitia, *hi* Ethicis & Politicis naturale jus & divinum cum humano miſcuerunt.

§. 2. *Præſtabilem.* Quantum *Deus* præſtat homini, tantum lex *divina* præſtat humanæ.

§. 3. *Docti multi.* Quos ex parte recenſet *Mauritius* de principiis juris nat. c. IV. Sect. IV. §. 14. Adde *Rachelium* de jure naturæ §. 1. Tales fuere *Oſterodus*, Michael de *Montagne*, aliique.

§. 4. *Scriptores.* Loca ſcriptorum veterum vide apud *Eichelium* in tr. de jure, quo liberi & parentes ſibi invicem obſtringuntur part. 1. §. 2. *Patrum* loca apud *Seldenum* de jure nat. l. 1. c. 8. p. 97.

§. 5. 6. & 7. His tribus §§. agit Grotius de exiſtentia juris naturalis contra Carneadem.

§. 5. *Carneades.* Qui ſummus fuit Academiæ tertiæ Doctor.

§. 6. *Homo animans.* vid. *Puffendorf.* l. 2. c. 2. §. 9.

§. 7. *Principio aliquo extrinſeco intelligente.* vid. *Puffendorf.* l. 2. c. 3. n. 2. Traditio eſt Arabum, ſingulis animantibus brutis formam ineſſe extrinſecam, quæ illa ad quoscunque ducat & invitet actus.

*Societatis appetitu.* vid. *Ariſtot.* 1. *Polit.* 2.

*Sermonem.* Qui ad id videtur datus, ut homini jungatur homo.

§. 8. *Societate.* Quæ non eſt principium Juris Naturalis adæquatum 1) quia ſic in poteſtate

ſtate hominum jus naturæ foret, cùm quilibet ſuæ poſſit renunciare utilitati. 2) Quia ſocietas & multis & contrariis modis promovetur. Fieret igitur hoc principium valde indefinitum. 3) Quia jus Naturale mutaretur in infinitum; cùm, quod hodie ſocietati prodeſt, cras noceat. 4) Quia hoc principium potentiſſimos & à nobis remotos non obligat Principes. 5) Quia ex hoc principio ſocietatis turpia & à jure Naturali abhorrentia inferuntur, v. g. promiſcui concubitus, ſodomia, quibus nefandis ſocietas non diminuitur, ſed augetur & propagatur. 6) Quia ex principio ſocietatis non firma inducitur obligatio, quæ ſuperioris juſſum ſupponit. Uti enim naturaliter homo in hominem: ſic ſocietas in ſocietatem non habet imperium. 7) Quia prima naturæ, de quibus agit *Grotius* lib. 2. c. 2. §. 1. n. 1. ex ſocietate non fluunt. 8) Quia ex ſocietatis principio diſpenſari de criminibus non poteſt. 9) Quia multa alia incommoda, quæ juſti & æqui principia evertunt, ex hoc ſocietatis principio emanant. e. g. Adamus cùm ſolus eſſet, ſe ipſum potuiſſet occidere, utpote, qui contra ſocietatem, quæ tunc erat nulla, non peccaſſet. Sic homines etiam cogi poſſent ad *matrimonia*, ſine quibus ſocietas non ſubſiſtit. Sic *cultus parentum* non requireretur, cùm ſine eo ſocietas non evertatur. Sic *raptus Sabinarum & Giloitarum*, qui ad conſervandam ſocietatem facti, fuiſſent liciti. Ex quibus rationibus & aliis pluribus patet, ſocieta-



Digitized by Google

tatem non poſſe eſſe principium juris Naturalis adæquatum; non minus ac *cultum divinum*, vel *amorem Dei & hominis*, vel *comparationem ad decalogum*, vel conformationem *creaturæ rationalis cum creatore*, neque præcepta *Noachica*: minime vero omnium, *ſolam utilitatem*, vel *ſummum propriæ ſalutis ſtudium*. Conferantur illuſtris *Coccejus*, & qui ejus legit veſtigia, conſultiſſimus *Keſtnerus*.

§. 11. *Non eſſe Deum.* Improvida hæc eſt Grotii ſuppoſitio, etiam ſecundum ejus hypotheſin, cum ſocietas ſine autore ſocietatis, qui eſt Deus, concipi non poſſit. Deinde, cum Deus omnis honeſti origo ſit, prius Deum mente debemus comprehendere, quam honeſtum illud naturale, quod Grotius his [illegible] inculcat, ſupponere.

§. 12. *Voluntarium* [illegible] *Voluntas divina*, quatenus ea non *verbo revelato*, ſed *facto* declaratur, adæquatum juris naturalis principium eſt. Declaratur vero voluntas Dei facto (*quintupliciter* [illegible] 1) ex inſtinctibus & motibus hominis internis, ad Rom. 2. 14. & cap. 1. v. 18. 2) Ex creatoris actionibus, rerum nempe omnium tam creatione, quam conſervatione. ad Rom. 1. 20. Pſ. 18. v. 14. Pſ. 44. v. 8. 3) Ex neceſſario actionum fine. 4) Ex medii neceſſitate, ut hoc jus ſequamur. 5) Ex perfectiſſima ſanctiſſimi Creatoris natura. Leguntur hic *Coccejorum* utrorumque, parentis & filii, doctiſſimæ de juris naturæ principio adæquato diſſertationes, & qui eorum ſecutus eſt hypotheſes, *Keſtnerus*.

§. 13.

Digitized by Google

§. 13. *Datis legibus.* Decalogus quidem novam non inducit obligationem, ſed eos magis reddit inexcuſabiles, qui jus & honeſtum naturale negligunt. ad Rom. 1. v. 20.

§. 14. *Socialem affectum.* Societas non aliter, quàm per pacta iniri concipitur. l. 1. ff. de Pactis.

§. 16. *Naturalis juris mater,* vide *Rachelium* de jure Naturæ §. 14.

*Juris civilis occaſionem dedit utilitas.* Id quod etiam Juri Romano, quod ſecundum excellentiam jus dicitur civile ob eximiam æquitatem, congruit. Aliud verò eſt occaſio, aliud fons juris.

§. 17. *Jus gentium.* Illud dari negarunt *Hobbeſius* & *Puffendorffius* l. 2. c. 3. n. 23. & quidem ideo, quia liberæ ſocietates & gentes nullum agnoſcunt ſuperiorem; id quod tamen illis concedi haud debet. Dantur enim præcepta de hoc jure, quæ ab ipſo Deo, licet non immediatè, tamen mediatè, emanarunt. Deo enim obſtringuntur omnes, qui violant pacta, quæ inter gentes intercedunt. Contra Puffendorffium ſcripſit *Rachelius.* Nec tantum *datur* jus gentium, ſed à jure naturali etiam *diſtinguitur.* 1) Quia jus gentium non ex certis oritur rationibus, ſed ex voluntate hominum modum accipit, vid. Grot. l. 2. c. 18. §. 4. n. 2. Jus naturæ verò ex voluntate fluit divina, vel ſecundum Grotium, ex convenientia cum natura rationali & ſociali neceſſario deducitur. 2) Juris gentium autoritas per conſenſum gentium ſeu ex-

preſſum ſeu tacitum ſuſtinetur: In jure verò Naturæ ſolum legiſlatorem Deum agnoſcimus ipſum. 3) Jus gentium quatenus quidem ex mera hominum voluntate proficiſcitur, mutari poteſt. vid. Grot. l. 3. c. 7. §. 8. & 9. Jus verò naturæ eſt immutabile, quia ex ipſa humana natura & convenientia cum æterna lege, vel, ut rectius loquamur, ab ipſo *Deo*, qui immutabilis eſt, proficiſcitur. §. inq. de J. N. G. & C. vid. Grot. l. 1. c. 1. §. 10. n. 5. & 6.

*Civili.* A *Civili* jure differt jus *Gentium*, quia illud ex voluntate legiſlatoris civilis ad ſuæ civitatis utilitatem conſtitutum eſt. Jus verò gentium, cùm ex omnium moratiorum aut plerarumque gentium conſenſu veniat, reſpicit non utilitatem ſingulorum cœtuum, ſed magnæ gentium univerſitatis. Itaque *peregrini*, utcunque civili jure non gaudeant, ab iis tamen, quæ ex naturali & communi ipſis jure Gentium derivantur, excludi non ſolent. vid. l. 15. ff. de interd. & Releg.

§. 18. *Gentium.* Vix reperitur jus *Gentium univerſale* extra jus naturale, omnibus commune gentibus, Grotius tamen, quod multarum moratiorum gentium conſenſu, ſive expreſſo ſive tacito, invaluit, ſolet vocare jus Gentium l. 3. c. 1. §. 14. n. 1. l. 3. c. 4. §. 16. n. 1. l. 2. c. 21. § 5. n. 5. Sumitur alias jus Gentium tripliciter: 1) in ſenſu proprio, & tunc intelligitur illud jus, quod gentes gentibus obligat communi conſenſu inter illas conſtitutum, 2) idem dicitur,

quod

quod jus naturale, uti videre eſt §. 11. *I.* de R. D.
3) Jus Civile Romanum intelligitur, quod propter æquitatem apud plures obtinet gentes, & à *Seldeno* lib. 1. c. 3. maris clauſi vocatur plurium gentium Jus civile ſive domeſticum.

§. 19. *Metum.* Non tamen omnia jura propter metum ſunt inventa.

§. 27. *Juſtitiæ Conſcientia.* Quam in bellis magnam vim habere probat inprimis *Grotius* l. 2, c. 26. §. 4. n. 6. Conferatur *LIPSIUS* V. Politicorum III.

§. 29. *Eraſmus.* Belga, ille doctiſſimus in religione, non minus ac Grotius, ſuæ ſpontis.

*Ferus.* Prædicator Moguntinus, ex ordine minorum, tempore Caroli V.

*Devenere.* Tales, proponendo meliora, volunt ad rectum flectere ſequiora. Id quod ipſi Grotio contigit, cùm ſcriberet librum de Republica Belgica.

§. 30. *Juriſprudentiam.* Syndicus nempe fuerat & Advocatus fiſci Roterodamenſis.

*Artis formam.* Nonnulli reprehendunt Grotium, quod artis demonſtrandi non ſatis fuerit peritus, quia rarò adduxit principia & argumenta *Scholæ.* Sed ſciant iſti, non ſemper requiri talia in ejusmodi argumento morali & civili, quale Grotius ſibi tractandum ſumſit. vid. *Ariſtot.* l. Eth. c. 3. Rectè enim *Baco* de Verulamio dixit, moralia immenſæ eſſe materiæ immerſa.

§. 38. *Albericus Gentilis.* Cujus liber extat

de *jure belli*, à quo dimidium ſui libri titulum mutuatus eſt Grotius.

§. 40. *Teſtimonio.* Quæ ſolent plerumque ſectæ favere ita, ut illis indiſcretè credendum non ſit. l. i. c. 3. §. 4. n. 6.

§. 42. *Ariſtoteles mi* Officium perfecti Philoſophi Grotius hîc deſcribit, & meritò hac de cauſâ principatum Ariſtoteli inter Philoſophos tribuit, immeritò tamen in gentili culpat philoſopho, quod in *mediocritate* naturam affectuum & actionum humanarum virtutisque eſſentiam minus poſuerit rectè. Etenim 1) *Quantitas* in actionibus hominum cernitur, at per *accidens*, id quod Ariſtoteles non ignoravit. 2) *Definitiones* ſunt veræ ut plurimum. vid. *Eiſenharts inſtit. Moral.* p. 122. 3) Veritatem Ariſtoteles intelligit non judiciariam, ſed *homileticam*. 4) Quando rebus non exiſtentibus nomen *vitii* imponit, facit hoc *theoreticè* Philoſophus. 5) Medium *rei* non confundendum eſt cum medio *rationis*. 6) *Particularis* juſtitia ab univerſali bene diſtinguenda. 7) Actus unius vitii referri debet ad actum alterius: quemadmodum una virtus excipit alteram. vid. *Zieglerus* h. 8) In actionibus, ſive virtuoſis ſive vitioſis, ſemper reſpiciendum eſt ad id, quod prævalet.

§. 48. *Nova legis.* Chriſtus novus legislator non eſt, nec aliam tulit legem, quam Moſes: expoſuit tamen illam & implevit. *Ebr.* 8. *v.* 10. *Matth.* 5. *v.* 7. Aliud verò eſt allegare legem

Digitized by Google

legem & ſecundum conſtitutam aliorum vitam rectè dirigere: aliud verò novam promulgare.

§. 49. *Rabbinus.* Quos interdum minus cautè ſequitur Grotius. Optandum foret, ut aliquis ſcriberet Grotium *Rabbinizantem*; uti Jacobus Laurentius Grotium anno 1642. edidit *Papizantem.*

§. 50. *Novo Teſtamento.* Negari quidem non poteſt, in Novo Teſtamento perfectiorem eſſe gratiam, quàm in Veteri; adeoque ceſſante illius umbra virtutes requiri excellentiores: Interim tamen dandum hoc minimè eſt Grotio, qui varius eſt in theologia, & mox cum Arminio, mox cum *Socino* & *Krellio*, contra quem ſcripſit quidem, ſed poſtea in ſententiam ejus deſlis, mox cum perverſis moralis doctrinæ doctoribus, cum quibus in Gallia familiariter vivebat; facit, novum fœdus novam eſſe legem, vid. *Calixti* Theologia Moralis p. 63. & 65. Jungatur *Rachelius* de Jure Naturæ §. 101.

§. 51. *Synodorum Canones.* Qui nos non obligant ſimpliciter, ſed quatenus cum Scriptura concordant.

*Primis puritatis temporibus.* Id eſt, qui intra quinque priora poſt Chriſtum natum ſecula vixerunt.

§. 52. *Scholaſticos.* Quos acri cenſura notavit Puffendorffius, ac eorum ſcripta fœtum regni tenebrarum vocat: Melius hoc applicaſſet ad Caſuiſtas & Moraliſtas per-

verſos, qui moralem ſcripſerunt accommodantem, quam refutat Paſcalis generoſiſſimus in literis ſuis provincialibus, quæ Zelum ſpirant verè catholicum & chriſtianum.

§. 55. *Bodinus.* Eſt magni nominis Politicus, non tam omnibus commendandus, quia ſingulare requirit judicium. Ubique perſtringit Ariſtotelem, quem tamen, cùm Græcæ linguæ non ſatis fuerit peritus, videtur minus intellexiſſe. Scripſit contra Bodinum Trojus *Albergatus*, at ille ne centeſimam Bodinianæ eruditionis partem attigit.

§. 56. *Rationibus.* Quæ à Grotio quandoque adducuntur minus ſolidæ, liquidæ & ad rem facientes.

§. 57. *Politicum.* Boeclerus omnem diſciplinam de juſto, bono & æquo includit intra civilis doctrinæ terminos. Sciendum autem, Politicæ vocabulum in laxiſſima ſignificatione *jus naturæ, Ethicam, & jus Civile* poſſe complecti. Non ſunt adeo magni momenti quæſtiones de limitibus ſcientiarum. Etenim non ſunt *confundendæ*, ſed *conjungendæ* diſciplinæ.

§. 60. *In Græcis.* Admiranda in his eſt Grotii eruditio, qui Græcam ita calluit linguam, ut verſione ſua latina vincat plerumque textum authenticum.

§. 61. *Judicando* [illegible]. Eximia hæc eſt *modeſtia* Grotii, qui licet tantus in omni ſit eruditionis genere, doctorum tamen quorumlibet ſe libenter ſubmittit judicio.

Ad

# AD CAP. I.
## LIB. I.

ORdo operis. Propter quem non ſolum, ſed etiam propter verum autoris ſenſum *lemmata* capitum, quæ Schefferus omiſit, repoſui. Quandoque etiam *plus* dicunt, quàm ipſæ theſes Schefferianæ.

§. 1. *Non eſt ſubditus.* Licet *privata* vita diſtinguatur etiam in pacem & bellum, ſecundum illud Terentii: bellum, pax rurſum: Pax tamen *publica* & bellum publicum non niſi ad eos pertinet, vel populos vel Principes, qui non agnoſcunt ſuperiorem, niſi Deum & gladium. Hinc quæ privatorum lites *judiciis*; illæ populorum & Principum controverſæ *bellis* deciduntur.

§. 2. *Status certantium.* Sive durans temporis tractus, & quidem tali conditione, ut licet cum aliqua gente vel nonnullis gentibus diſceptetur, cum reliquis tamen tranquillè vivatur.

§. 3. *Societati.* Ex qua elicitur diviſio juſti & injuſti.

§. 4. Conferatur *Puffendorffius* l. 1. c. 1. 20. *cum Grotio* l. 2. c. 20. 16. l. 2. c. 17. 22.

§. 5. *Facultas.* Illa dicitur, quando aliquem habemus perfectè obligatum, pleneque juſtam contra eum actionem inſtituere poſſumus.

*Jus.* Sumitur (1.) pro attributo actionis (2.) pro qualitate. (3.) pro lege.

Domi-

*Dominium.* Jus in re.

*Creditum.* Jus ad rem.

§. 6. Confer. *Puffend.* l. 4. c. 4. n. 2. *Grotius* l. 1. 4. 2. 1.

§. 7. *Aptitudo.* Quando non niſi imperfectè alterum habemus obligatum, dignique reperiantur, quibus præmia conferantur: e. g. Si jus nobis competat aſpirandi ad munera publica.

§. 8. *Expletrix.* Explere dicitur, quando id nobis datur, quod nobis ex perfecto jure debetur.

*Attributiva.* Attribui dicitur, quando id nobis tribuitur, quod ex jure nobis debitur imperfecto. Hos terminos, licet *novos*, Grotius effinxerit, idem tamen illis dicit, quod Ariſtoteles cum ſua juſtitia commutativa & diſtributiva, quam uſus ſcholæ ſervare mavult diuturnus.

§. 10. *Naturale.* Definiunt *alii* jus Naturale, quod ſit regula, à providentia divina ſecundum ideam legis æternæ perfecta, quaſi in humana mente per rectam rationem promulgata Deus, naturæ auctor, hominem ad ſectanda ea, quæ naturæ rationali & ſociali congruunt, morali quadam neceſſitate, & ad fugienda contraria obligat. *Alii* ita: Jus Naturale eſt lex Dei, obligans ad id, quod, propter neceſſariam convenientiam aut disconvenientiam cum natura hominis rationalis & ſocialis, honeſtum vel turpe eſt, ad illud faciendum & hoc fugiendum. Rectius definitur ita: Jus naturale eſt voluntas divina,

qua-

Digitized by Google

quatenus illa non verbo revelato, ſed facto creatoris cognoſcitur, ut rationalis creatura omnia illa agat licitè, quæ omnipotens Numen non vetuit.

*Dictamen.* Quo non tantum intelligitur id, quod recta ratio monſtrat, ſed & quod præcipit, autoritas. Nec tantum eſt mera declaratio, ſed obligationis excitatio, quâ facultas diſcretiva boni & mali, homini inſita, incenditur. vid. *Calixt.* Theolog. moral. p. 45.

*Ne à Deo quidem.* Potentiæ divinæ ponendum eſt objectum congruum. Quæ enim contradictionem implicant, ſub omnipotentiæ divinæ objecto non continentur. Sic furtum ſtatim involvit vitium. Non itaque cauſa eſt in omnipotentia divina, ſed in objecto turpi, quod ſanctitas divina reſpuit. vid. *Calixt.* l. c. p. 62. & 65. *Rachelius* §. 48. it. *Ziegler.* h. l.

*Immutari.* Peſtilens eſt dogma Guiliel. *Occami*, item Petri de *Alliaco*, qui ſtatuerunt, Jus naturæ eſſe mutabile, Deumque in eo, præſertim ſi de præceptis ſecundæ tabulæ Decalogi agatur, poſſe diſpenſare.

*Recta ratio.* Recta ratio medium quidem eſt, quo ſummi legislatoris divinam voluntatem participamus, non tamen definitum juris naturalis, cùm ratio hominis, quæ valde diverſa eſt & varia, tot conderet jura naturalia, quot ſunt homines recta ratione utentes.

§. 11. *Brutis.* Rationem brutis præter alios cum veteres, tum recentiores aſſerere anniſus

eſt

eſt Hieronymus *Rorarius*, exlegatus Pontificis duobus eruditis libris. At illis ne quidem rationis umbra, ſecundum Grotii opinionem, tribuenda: cum bruta, propter defectum rationis, ſecundum jus naturæ vivere non poſſint, licet jure naturali actus eorum regantur.

*Communi.* *Pythagorici* non tantum & *Romani*, ſed & *Hebræorum* nonnulli ſtatuerunt jus aliquod animantibus commune cum homine.

*Capacia juris.* Cum in brutis non ſit intellectus & voluntas; in iis etiam non eſt obligatio; ſed agunt ea potius ex *neceſſitate* quadam, veluti automata & horologia. Vid. *Grot.* l. 1. 2. 3. 2. l. 2. 21. n. 3. Conf. *Pufend.* l. 2. 3. 2. *Seldenus.* l. 1. c. 5. *Mauritius* de principiis juris publ. c. 1. Sect. 1. n. 7.

§. 12. Vid. Prolegom. *Grot.* §. 39. & 40. Conf. *Pufend.* l. 2. c. 3.

§. 14. Conf. *Grot.* l. 2. c. 8. §. 1. n. 2. l. 3. c. 7. §. 8. *Honn.* l. 2. c. 9. §. 8.

§. 15. Vid. *Calixt.* Theologia Mor. p. 66.

§. 16. Vid. *Grot.* l. 1. c. 2. §. 5. n. 8. l. 2. c. 5. §. 13. n. 5. Confer. *Ziegler*, qui loca Scripturæ, à Grotio adducta, explicat rectius.

§. 17. *Suſtulit.* Chriſtus morales leges non ſuſtulit, ſed uti ſanctus legis Doctor illuſtravit, nec novam tulit legem, licet ita nuncupetur Evangelium, quod quidem lex vocatur, ſed cum addito, nempe lex *vitæ* ad Rom. 8. vel lex *fidei* ad Rom. 3. v. 27. in quibus & aliis locis vocabulum legis in laxiore ſumitur ſignificatione,

quando

quando ſub *legis* nomine tota divinitus patefacta *doctrina* intelligitur.

*Virtutes.* Licet Socinianis hoc concedamus minimè, Chriſtum novum eſſe legiſlatorem; negari tamen non poteſt, virtutes in Novo Teſtamento quodammodo eſſe excellentiores; quia quo perfectior eſt ſtatus, eo perfectiores debent eſſe virtutes. Sanè Chriſtiani in Novo Teſtamento imitari magis poſſunt Meſſiam clarius detectum, quàm Judæi olim poterant in veteri teſtamento, ſub involucris vaticiniorum latitantem, ſecundum illud tritum: Chriſtus in veteri Teſtamento latet, in Novo Teſtamento patet.

*Chriſtus.* Qui pro nobis legem, quæ nos ſalvare non poterat, implevit. Hæc impletio legis dici poteſt legis finis. Non enim amplius ſub rigore legis vivimus, ſed in ſtatu gratiæ, id quod Sociniani ex parte negant, cùm Chriſtum novum faciant Moſen, qui rigore legis æternum exitium minitatur.

## AD CAP. II. L. I.

Conferatur Grot. l. 2. c. 1. §. 5. ubi commendat primo [illegible], quæ licet ad bellum, ſeu publicum ſeu privatum, gerendum non ſufficiant, congruum tamen bellandi dant argumentum, ſi cum recta ratione conveniant & voluntati divinæ non ſint contrariæ. vid. *Grot.* l. 2. c. 20. & l. 2. c. 23.

§ 2.

§. 2. Conf, *Seldenus* l. 6. c. 12. & *Schickardus* de jure reip. Ebr. c. 1. qui rectè ſtatuunt contra Grotium, Abrahamum ſpeciale mandatum à Deo non habuiſſe, cùm iſtorum temporum ſancti multa habuerint peculiaria.

§. 5. Probationes hæ omnes ſunt à poſteriore. vid. *Grot.* l. 1. 1. 11. 2.

§. 5. Vid. *Grot.* l. 1, 1, 10, 5. l. 2, 2, 5. l. 2, 20, 8, 6. l. 2, 20, 32, 1. l. 2, 1, 14.

§. 6. Vid. *Grotius* l. 1, 2, 7, 15. l. 2, 20, 10, l. 4, 2, 5, 9, 15. l. 1, 1, 17, 4. Conf. *Ziglerus* [illegible] qui omnia hæc dicit venire potius ex lege morali, quàm naturali.

§. 7. Vid. Grot. l. 1, 4, 6, 3, l. 2, 16, 12, 2. l. 2, 24, 4, 1.

*Bella.* Quæ Principum adæquata tranquillæ vitæ adipiſcendæ ſunt media, quidquid Anabaptiſtæ garriant.

*Paulus.* Quem Politicam Chriſtianorum c. 13. ad Rom. tractare, aſſeriſſe eſſe Melanchton.

§. 8. Vid. Grot. l. 2. 23, 1. l. 2, 5, 9, 2. l. 2, 20, 10, 8. Hîc etiam notandum, Grotium judaizare in nonnullis SS. locis explicandis. Vid. h. *Oſiander* & *Ziglerus*.

§. 4. Vid. *Grot.* l. 1, 4, 4, 5. 1, 1, 4, 4, 10, 11, 21, 5, 1. Conf. *Tacit.* l. 1, 13. Annal. 32. in [illegible] & l. 14. c. 42. n. 2. Item *Euſebius* de vita Conſtant. M. l. 1. c. 25.

*AD*

## AD CAP. III.

### §. I.

Vid. Grot. l. 2. 2. & 3. lex 6. C. ad l. Jul. de vi, l. 18. §. 4. ff. de uſufr. l. 7. ff. quod metus causâ.

*Publicum.* Quod per ſummam Majeſtatem, vel per ſe, vel per Magiſtratum, vel ex formula mandati, vel ex conjectura voluntatis ejus, qui majeſtatem habet ſummam, quam Grotius quandoque *vel eminens* juriſdictionem vocat, geritur.

§. 2. Vid. *Grot.* l. 2. 20. 8. 5. l. 2. 1. 12. 1. l. 2. 1. 3. l. 2. 17. 18. lex 20. ff. de R. J. vid. *Puſend.* l. 2. c. 5. §. 14.

*Ceſſant.* Legatur hîc tit. Cod. quando liceat unicuique jus ſuum perſequi. it. lex 1. C. unde vi. lex 17. ff. de vi. it. l. 3. §. 9. ff. de vi.

§. 4. Vid. *Grot.* l. 3. 3. 8. ſeqq. l. 2. 2. 10. Conf. *Puſend.* l. 8. 6. 10. ubi quædam non ſatis congrua adducit. tit. ff. ſi quis jus dicenti non obtemperaverit.

*Ritum.* Licet jus Gentium poſſit utiliſſimè mutari mutuo gentium conſenſu: Una tamen diſſentiens gens hujus legis vinculum ſolvere non poteſt. vid. *Obrechtus* h. l.

*Effectus.* Hinc de bello, inter *Hiſpanos* & *Gallos* anno 1667. moto, fuit diſputatum, an bellum ſit juſtum, quod ſine clarificatione ſuſceptum? Sumſerunt enim ſibi Galli, quaſi hoc ipſis liceret.

*Non ſolenne.* Quod peculiaribus juris Genti-

um effectibus caret, qui pro ratione temporis variant. Olim enim in bellis fiebant ſervi, hodie tantum captivi. Videatur *Obrechtus* h. l.

*Magiſtratus.* Loquitur hic de talibus bellis, quæ geruntur auſpiciis magiſtratus inferioris, ſine mandato ſuperioris; quod licet bellum minus ſit ſolenne, tamen eſt bellum. vid. *Obrecht.* [illegible]

§. 5. Conf. *Grot.* [illegible] l. 1. c. 4. n. 2. [illegible] *feud.* l. 2. [illegible]

*Sive quæ.* Quamvis hoc imperium late pateat, v. g. Hiſpanicum; tamen Vice-Regibus, ſeu Præfectis [illegible] non videtur jus belli; quod omnino expreſſe [illegible] eſſe debet. Interim arcere periculum poſſunt ex præſumta facultate ſummi imperantis. Nam qui jus habent ad finem, jus quoque habent ad media. Paucis defenſive agere poſſunt, non offenſive; alias Præfecti ſeditioſi facile poſſent jus [illegible]; quod vim imperii continet maximam.

*Cæſar.* Regulariter ſumma poteſtas ex facto Magiſtratus non obligatur; at bene per conſequentiam. Sic [illegible] populus Romanus Cæſaris approbare [illegible] cum *Arioviſtum* ex Comitatu Burgundiæ, quæ erat provincia Romana, ejiceret, [illegible] ſubditi Romani populi, à poteſtate Arioviſti liberaret, licet Cæſar ſpeciale hujus belli mandatum à Senatu Romano non haberet.

*Octavio.* Hujus & BRUTI bellum non niſi per analogiam huc ſpectat, cum ad bella [illegible] civi-

civilia, quæ nunquam ſunt ſolennia: vid. Vellej. & Tacit. annal. l. 1. c. 10. In ſtatu enim turbato auſpicium publicum expectari non poteſt, uti in tranquillo.

§. 6. *Civiliter.* Non enim contra moralia principia imperium aliquod geritur; alioquin erit *Tyrannis.*

*Civitas quæ.* Quæ perfecta eſt, ſi omnia habet media ad finem obtinendum. Perfecta autem eſt & abſoluta omni modo, ſi *tres* illas partes civitatis habeat, ſcilicet, poteſtatem *legislatoriam, executivam & judiciariam.* Ad hanc etiam jus pertinet ſacrorum, quod *Hendreſius* principibus adſerit, contra quem diſputat *Apollonius,* ſed eruditione impari. Atque hoc eſt illud *dominium eminens,* de quo Grotius l. 1. c. 1. §. 6. l. 2. 14. 7. l. 3. 19. 7. l. 3. 20. 7.

§. 7. Vid. *Grot.* l. 2. 14. & l. 3. 7. §. 7.

*Syſtema.* Forma civitatis realis eſt *eſſentialis,* quâ imperium eſt imperium, ſive, quâ vinculo cohæret communi. Alia eſt *accidentalis,* quâ vel eſt Monarchicum, vel Ariſtocraticum, &c.

*Proprium.* Subjectum proprium & commune non ſunt ſibi invicem contraria, ſed *ſubordinata.* In ſubjecto proprio cujuſcunque gentis leges fundamentales ac mores ſunt conſiderandæ.

§. 8. *Populi.* Jus enim, quod *ſinguli* habent, transferunt in ſocietatem civilem; *ſocietas* civilis rurſus in *unum* vel *plures,* pro varia Reipublicæ forma. Nec patria enim imperia non aliam habent originem, quam voluntatem humanam. Sum-

quam potestatem esse aliquam, sive limitata-tur, juris quidem est divini. Verum in illa, e.g. sit in Germanis, alia in Gallis, non a Deo defi-nitur immediate, sed per populorum & Princi-rum pacta stabilitur. ... Veluti ... in certis Princi-pum & populorum ... quibus ... populi pen-det. Conf. *Pufend.* l. 7. c. ... §. 9. ... l. 13. §. 6.

*Limitatio* ... Quibus ... potestas ... ter-minata ... Imperio Germanico ... Imperatoris ... distin-guendum ...

§. ... *Parlamenta*: ... Ita quidem in Gallia ... Parlamentum, ... Parisiense: In Anglia vero ... Parlamentum jus ha-bet majus in actiones Regis.

§. ... *Habendum* ... Qui ... sub cer-to temperamento vel ... ipsam *majestatem* ... sed *exer-citium* ... pro salute reipublicae, tempe-rat; quod elegantissime ... ex-posuit ... in Politica architectonica l. 2. c. 10. §. 7. ... non debet esse limitata ... ut non limitatam ... sum-mitati, si limitatio adjiciatur ... vo-luntate propria. Quod enim *privato* inte-grum est ... pleno ... 

cur

cur non eodem modo id liceat Principi, niſi eum velimus eſſe deterioris conditionis. Interim modus habendi diverſus eſt ob *habitionem* ipſam. Sic e. g. habeo *agrum*, ſed modo diverſo, vel jure revocabili vel irrevocabili.

*Dictatores.* Qui eodem quidem *effectu* exercuerunt actus, quo reges, non vero eodem *jure*. Non enim proprio nomine, ut reges, imperabant, ſed *alieno*.

*Temporarii.* Non erat dictatoribus conceſſa ſumma poteſtas temporaria, tali modo, ut eſſet tempus tantum menſura rei & adminiſtrationis externæ; ſed ita, ut afficerent ipſam ſummam poteſtatem, populusque ſibi reſervarat ſummum imperium, depoſita adminiſtratione, reddendum. Debebat enim dictator depoſita dictatura, de iis, quæ tempore adminiſtrationis geſta erant, exactam populo reddere rationem. Ex quo patet, quod cum dictatoris actus fieri poſſent irriti, populus per ipſum ſummam exercuerit poteſtatem. Quamvis negandum non ſit, ab alio actus dictatoris non potuiſſe reſcindi. Notemus hic *Atreum* & *Thyeſtem* alternis annis apud Thebanos regnaſſe, eorumque Imperium temporale fuiſſe Monarchicum. Quæſtio eſt alias intricata, quæ tamen in praxi vix occurrit, num majeſtas ſit temporaria? Pro affirmante ſtat Conringius, & pro negante Boeclerus, & Obrechtus.

*[illegible].* Qui non imperant ex perſona propria, ſed ex perſona regis, quam vel in tutela vel

in furore. Vid. *Grot.* l. 1. 3. 24. l. 2. 3. 6. l. 2. 20. 3.

§. 12. Grotius hic Monarchomachos ſolidè refutat. Uti enim ſubjectio datur privata, ſic etiam publica.

§. 13. *Populi.* Qui vel eligit, vel jus ſuccedendi concedit, ex quo jure ſucceſſionis, non ex facto, ſemper judicandum eſt, an regnum ſit electivum, an ſucceſſivum. Nam in regnis ſucceſſivis aliquando poteſt locum habere electio, ut in regno Britannico: & in electivis interdum ſucceſſio, ut in Imperio Germanico.

*Commendationis.* Quæ poteſtatem quandoque habet majorem, quam Grotius illi tribuit. Nominatio enim ſucceſſoris non ſolius commendationis ſemper habet nomen, ſed plerumque eſt neceſſitatis. Veluti ſi is, qui nominat, jus ſucceſſorem ſtatuendi habet. Accedit, Principum commendationes eſſe inſtar mandatorum.

§. 14. *Comitatu & Marchionatu.* Forſan intelligit illos Belgii & Italiæ, qui jure habentur allodiali: non verò Germaniæ, qui feudali.

§. 16. *Manere.* Ita, ut non poſitivè ſumma poteſtas in alium transferatur, qui actus ejus poſſit, vi ſuperioritatis, reddere irritos. Vid. *Pu. fend.* l. 7. 6. 10.

*Promiſſum.* Vel *generaliter*, quod ſubditis nullo modo tribuit poteſtatem: vel *ſpecialiter*, quod jus ſummi imperantis externè quidem reſtringit, non tamen omnimodo imminuit. Cadit enim hoc in exercitium actus, ſeu externæ adminiſtrationis, non tamen in facultatem directè, ſicque

ſum

ſummum imperium non afficit. e. g. Si promittat Princeps, ſe neminem, niſi indigenarum, miniſtrum adhibiturum: hoc ipſum jus ſummi imperii non afficit. Nulla enim eſt Reſpublica, quæ non aliquid habeat temperamenti. At ſi [illegible] promiſerit, ſe [illegible] conſenſu ordinum tributa nolle exigere, [illegible] hoc cedit in facultatem, cùm tributorum exactio ſummi imperii pars ſit. Aliud quippe eſt imperium ſummum, aliud abſolutum: hoc cum talibus clauſulis commiſſoriis non poteſt concedi. Vid. Grot. l. 2. 19. 4. 1. l. 3. 20. 2.

§. 17. Mixtas Reſpublicas dari negant *Puſendorffius*, *Hobbeſius*, [illegible].

§. 18. Vid. *Puſendorff.* [illegible] §. 12. *Bodinus* l. 2. 8.

§. 19. *Polybius.* Cujus Philoſophia [illegible] habet [illegible] prudentiæ.

§. 20. *Romanorum.* Grotius ſibi videtur contrarius, qui apud Romanos puram Monarchiam fuiſſe ſtatuit [illegible]. 19. & §. 10. [illegible] l. 2. 20. 3. 1. l. 2. 4. 1. 2.

§. 21. *Tutelam.* Sic olim civitates Imperii Germanici fuere in tutela regum. In Regia enim Daniæ tutela ſeculo XIV. Lubeca fuit ad decennium.

§. 23. *Feudo.* In *Vaſſallagio* ſpectatur primum 1) obligatio *realis*, 2) *perſonalis*. Hæc non eſt tanta, ut faciat verum ſervum. Nam quando ſervitia habent tantùm conditionem perſonalem, illa quidem Vaſallus præſtat, de reliquo ſui habetur juris. Non tamen unius ſunt generis feuda, licet per ſe ſub-



Digitized by Google

ſubjectionem non inferant. Quod ſi ſubjectio cum feudo concurrit, juramentum fidelitatis incidit in terminos homagiales; ſimul omni promiſſa obedientia, quales formulæ paſſim occurrunt; niſi quidem talis obligatio feudalis non eſt ſtatuum Germaniæ Imperii, qui imperio & Imperatori inſeruntur, Imperii leges, ſunt ſubjecti.

§. 24. Vid. Grot. l. 2. c. 16.

## AD CAP. III.

§. I.

IN integro hoc capite Grotius doctiſſimè diſputat contra *Monarchomachos*, quorum præcipui fuere *Junius Brutus*, *Danæus*, *Marianus*, *Hubertus Languetus*, *Buchananus*. Contra ipſos ſcripſere Guilielmus *Barclajus*; *Albericus Gentilis*, cujus extant diſcurſus regales, inter quos unus agit de Principis ſanctimonia; & *Arniſæus* de poteſtate Principum nunquam violabili. *Grotius* verò hoc capite primum exponit jus Principum ordinarium, deinde ſubjungit varias extraordinarii juris differentias.

§. 2. Vid. *Grot.* l. 1. c. 1. & 3. l. 3. c. 1. & c. 4. l. 1. 3. 8. 15. In practicis utramque faciunt paginam finis & media. Majeſtas prohibens poteſt ea media omnia, ſine quibus finem non poteſt conſequi.

§. 3. *Lege Hebræa.* In qua præcipuè exponitur locus 1. Sam. 9. cujus triplex ſententia eſt. 1)

enim

enim nonnulli exiſtimant, hoc loco exponi non jus regium, ſed jus *impunitatis* & licentiæ. Verum hi fallunt. Nimia enim licentia non eſt jus. vid. *Grot.* l. 3. c. 4. n. 2. 2). Alii dicunt hoc loco deſcribi tale jus quod ſimpliciter & *abſolutè* pro tali facultate morali ſumendum. 3). Mediam nonnulli ſententiam amplectuntur, quos ſequitur Grotius: jus nempè hic deſcribi *uſus regium*, quo Rex uti poteſt, vel *licitè*, ratione dominii eminentis, vel *illicitè*, ex mera libidine, cui ſi indulget Rex nimium, Subditis tamen ipſi reſiſtendum nullo eſſe modo, licet *tyrannica* agat multa, modo non *tyrannicè*. Vid. *Miltonius* & *Salmaſius* de hoc Scripturæ loco.

§. 4. Vid. Prolegom. *Grot.* §. 51. it. l. 2. 2. 9. 1.

*Pauli*, Qui mavult, ſubditos parere improbo Principi, quàm ei reſiſtere.

§. 7. *Davidis*. Non licet argumentari ad alios privatos à Davide, qui habuit immediato divino imperio ſocios plures. Non tamen iſte ſe armabat, ut Regi ſe opponeret, ſed ut in ſylvis & latebris ſecurus degeret. Unde ejus exempla Grotius minus rectè adducit ad ſtabiliendam reſiſtendi licentiam.

*Maccabæorum*. Qui Haſmonei vocantur. 1. Macc. 2. c. 45. Reſiſtebant autem Antiocho, quia iſte verus Rex non erat.

§. 8. *Spartanorum*. Quicunque non habet poteſtatem verè & abſolutè ſummam, licet titulo & aliis ſimulacris utatur, hic non ſolum armis poteſt peti, ſed etiam puniri. Tales verò erant

Lacedæmoniorum Reges, quicquid in contrarium afferat *Oſiander.* Sic hodie Dux *Venetorum*, ſi contra ſtatum Venetum peccat, dimoveri licitè poteſt, licet ducali emineat ſplendore.

§. 9. *Abdicavit.* Quicunque enim imperium abdicavit, illi ſumma poteſtas eſt adempta: Quale exemplum in Regina Sveciæ *Chriſtina*, in Henrico *Andegavenſi*, regnum Poloniæ derelinquente, in *Wenceslao* Imperatore; cujus ſocordia effecit, ut bonis omnibus patientiam excuteret, quamvis multi eum Cæſarem conſtanter agnoverint.

§. 10. *Electione.* Quamdiu quis non tentat conatum iſtum in actum deducere, ut regnum, electitio jure quæſitum, reddat hæreditarium, non poteſt populus ſubjectus hoſtile aliquid contra eum tentare.

§. 11. *Hoſtili.* Qui ex pluribus actibus cum effectu eſt colligendus, cùm non facilè de Rege, mentis compote, præſumatur odium in populum omnem ferale, quod in *Caligula* & *Nerone* fuiſſe Romani memorant annales.

§. 12. *Commiſerit.* Ut ſi ante pacta Velavienſia Dux Boruſſiæ feloniam contra regnum Boruſſiæ commiſiſſet. Vid. Grot. l. 3. c. 10. §. 1.

§. 13. *Externis.* Locum hoc habet non ex diſtinctione interni & externi belli, ſed ex conſequentia jurium ſummæ poteſtatis.

§. 14. *Libertatem.* Vid. *Hortlederum* de cauſis belli Germanici. Applicari hoc etiam poteſt ad ſtatum *Angliæ.*

§. 15.

§. 15. Conſ. *Grot.* l. 2. 4. 11. & 14. l. 2. 16. 18.

*Longa poſſeſſione.* Sic in Anglia *Cromvvellii*, acta pleraque adhuc obtinent, hæc fuere reſciſſa.

§. 16. *Bello injuſto.* Non ſolenni, & quamdiu populus jurejurando imperium ipſi non confirmavit.

§. 17. *Lex publica.* Regula de interficiendo invaſore conſideranda eſt ſecundum ſenſum legis internum, qui nos ducit ad interpretationem, vel extenſivam, vel reſtrictivam.

§. 18. Quod intelligendum de illo caſu, ubi non interceſſit pactum.

§. 14. Male ergo perverſi Moraliſtæ interficiendi poteſtatem privato concedunt cuilibet, cui usque eo præſumere licet, minimè. vid. *Paſcalis.*

§. 20. *Controverſum.* Illiquidum, dubium. Sic enim poſſeſſio dat jus. vid. *Selden.* l. 7. c. 17. Marq. *Freher* de Numiſmate. Heidel. 1599.

## AD CAP. V.

### L. I.

### §. I.

Vid. *Grot.* l. 2. c. 25.

*Privati.* Vellicant interpretes Grotium, quaſi vindictam admittat privatam, cùm bellum ſtatuit privatum, id quod tamen inde non ſequitur.

§. 2. *Ex officio.* Multa ſunt ſocietatis vincula, alia laxiora, alia ſtrictiora.

§. 3. *Subditus.* Eſt quidem ille inſtrumentum imperantis, non tamen in omnibus ſervo ſimilis.

§. 4.

§. 4. *Sacerdotes.* Quicunque ſummæ poteſtati obligantur ad ſalutem publicam tuendam, illi etiam obligantur ei ſubſequi, quando eos majeſtas ſumma ad eam cuſtodiendam vult adhibere. Atqui Clerici obligantur &c. Ergo. Generalis hæc quidem lex eſt, de convenio tamen regis. [illegible] excuſari poteſt *Zwinglius*, qui in populari Republica Helvetica gerere bellum non dubitabat. Atque majori jure excuſamus noſtros Germaniæ Epiſcopos, qui non tantum vi ſuperioritatis territorialis, ſummæ poteſtati quam proximæ, gerere bella poſſint, ſed etiam quia duplicem ſuſtinent perſonam, alteram eccleſiaſticam, alteram politicam.

## AD LIB. II.

### CAP. I.

§. 1.

Vid. *Grot.* l. 2. c. 1. §. 3. ſeqq.

*Cauſa.* Cum l. 1. *Grotius* egerit de iis, qui poſſunt bellum gerere, vel privatum vel publicum, ubi ſimul nobiliſſimam de ſumma poteſtate civili expoſuit doctrinam: Nunc l. 2. utriusque belli explicat cauſas, quæ ſunt, vel juſtificæ, vel ſuaſoriæ. Iſtæ non ſemper veræ, cum aliæ ſint liquidi, aliæ dubii juris, ob has verò ad arma non licet provolare.

*Effectus.* Si non ratione veræ indolis, juris tamen externi.

*Inter-*

*Injuriam.* Licet injuſtitiæ vulgo non incuſentur Principes; Ratio tamen eadem eſt publicæ juſtitiæ quàm privatæ.

§. 2. Vid. [illegible] h. l. ad [illegible]

*Ordinarie.* Breviter hic *Grotius* libri ſui dat ſciagraphiam, ordine [illegible] obſervandam.

*Publicum.* Ex quo ſubditis criminaliter non [illegible], quam [illegible] poteſt agi in judicio, ex [illegible] poteſt [illegible], qui judicem non [illegible] vel ſuperiorem [illegible] vi ſuperioritatis territorii [illegible]

Vid. [illegible] [illegible] c. 3.

*Defenſio.* Quando [illegible] proportionata eſt [illegible] rite obſeruatur.

*Natura.* Quæ explicat, ut quilibet ſe ipſum defendat, ſuumque corpus tueatur.

§. 4. Vid. *Puſend.* de O. H. & C. l. 1. c. 5. §. 22.

*Innocentis.* Si modo agat ſubſidiario, nec directè alterius mortem, ſed ſaltem fugam intendit, ex parte poterit excuſari, minimè defendi, cùm occiſio ſit remedium ultionis.

*Legem Evangelicam.* Rectius dixiſſet charitatis legem, vel pietatem Chriſtianam, quæ ſuadet, ut amemus proximum non tamen ante, ſed poſt nos.

§. 5. *Præſens.* Si judicia in puncto vel momento temporis deficiunt, quilibet ſibi ipſi poteſt jus dicere.

*Mitius.* Qui plerumque vanus eſt, & beneficiis vel tempore mollitur.



Digitized by Google

*Occupari.* Si enim aliquis doloſo animo fertur in alterum, non tenetur invaſoris primum exſpectare ictum: modo de intentione, ſit argumentis indubitatis perſuaſiſſimus.

§. 9. *Mutilationis.* Ratio eſt. (1) Quodcunque ſolida ratione cum vita poteſt comparari, illud etiam idem habet jus, quo utitur iſte, qui vitæ periculum propulſat. Atqui læſio membri alicujus ſolida ratione æquiparari poteſt cum vita, cum ex illius læſione mors ſequi poſſit. Ergo. (2) Quicunque occiditur, non quatenus mutilaturus membrum, ſed quatenus aggreſſor, qui in vitæ periculum alium conjicit, ex juſtitia expletrice rectè interficitur. Atqui. Ergo. (3) ratio eſt. Quicunque incertus eſt, an vitam ſit ademturus, an verò membrum tantum læſurus, illo defenſori dat jus occidendi. Atqui. Ergo.

§. 7. *Pudicitiæ.* Vera pudicitia non conſiſtit in corpore, ſed animo. Sufficit enim animum mulieris inſontem eſſe, licet corpus ſit violatum. Debet enim defenſio injuriæ illatæ eſſe proportionata. Fœmina ergo talem impurum aggreſſorem occidens, veniam forſan inveniet in foro ſoli, non verò poli. Legatur hic *Auguſtin.* de Civ. Dei. l. 1. c. 19. ſeqq. idem l. de libero arbitrio c. 15. ubi de Lucretia præclarè agit.

*Divinis.* Quam Grotius nullo modo attulit. Vita enim cum pudicitia æquiparanda minimè.

§. 8. Vid. *Grot.* l. 1. 3. 5.

*Omittere.* Defenſio quandoque juris eſt præceptivi, ſi invaſor privata eſt tantum perſona quan-

quandoque permiſſivi, ſi aggreſſor eſt perſona publica, & valde utilis.

§. 9. *Principibus.* Secus ſtatuit Vaſquius, tribus ductus rationibus 1) quia princeps, vim perſonæ privatæ inferens, deſinit eſſe Princeps. 2) Quia princeps conſtitutus eſt voluntate ſubditorum, quos non occidere, imo eſſe, ſed tueri debet. 3) Quia Princeps bonum debet reſpicere publicum, non privatam exercere vindictam. *Grotii* tamen rationes, hic adductæ, prævalent. Vid. Grot. l. 2. c. 4. [illegible] lib. 3. [illegible]

§. 10. *Aliqua.* Licet ex illa ſequi mors poſſit, conſultius tamen propter metum ipſius non occidere. Vid. Grot. l. [illegible] 8. 7.

*Honoris.* Quia illum privatus privato adimere non poteſt.

*Fugere.* Cum hoc nulli, niſi militi in prælio turpe ſit.

§. 11. Vid. *Puffend.* l. 2. c. 5. p. 265.

*Res.* Quæ ſingulariter vitæ non æquiparantur, cum ſint reparabiles, vita irreparabilis.

§. 12. *Lex Hebræa.* Quæ cùm lata ſit ad præſcribenda jura ſacrorum, non eſt neceſſe, ut cum Grotio in ejus præſumtione acquieſcamus. Exod. 22. v. 2. Deut. 22. v. 25. Vid. Grot. l. 1. [illegible]

§. 13. *Lex Evangelica.* Quæ quidem, [illegible] dictum, non eſt. Refragatur tamen, ſi non juſtitiæ particulari, ſaltem univerſali, quæ res, etiam pretioſiſſimas, vitæ æquiparat. Matth. V. Vid. Grot. l. [illegible]

§. 14.

§. 14. Vid. *Grot.* l. 1. 3. 2. 2. l. 2. 20. 17. l. 2. 20. 35. l. 1. 2. 5. 9. l. 1. 4. 7. 2. Jungatur *Puffend.* 8. 3. 26. Soldenus 7. & *Gerns.* 3. 32. Vid. Munters Beſtallung de anno 1570. Fuld. Kirchen Beſtallung ejuſd. anni. Ordin. Cam. part. 2. tit. 9. §. 2.

*Jus non deg.* Quia juſtitia expletrix dat facultatem rem ſuam defendendi, modo vitium non adſit intrinſecum.

*Criminibus.* Quæ omnia, furtis minimè exceptis, morte puniri poſſunt, ſi iſtorum frequentiâ tranquillitas Reipublicæ turbatur, quia graſſantibus delictis rigidiſſimo exemplo opus eſt l. 16. ff. de pœnis. Poteſt ergo crimen furti ſecundum juſtitiam naturalem capitaliter puniri, nec opus eſt, ut ad legem forenſem Moſaicam, quæ internecionem furis prohibet, Principes, quorum arbitrium eſt vitæ & necis, ſe componant. Argumenta etiam *Zepperi*, *Piſcatoris* & *Hunnii*, quibus furum improbant ſuſpendium, non faciunt ad rem. Licitum eſt enim Magiſtratui civili pro ratione circumſtantiarum delictorumque qualitate pœnas, vel exaſperare vel mitigare.

§. 15. *Duello.* Vid. *Grot.* l. 2. 23. 10. l. 2. 20. 8. 5. Olim modus probandi erat per duellum, qui tot ſolennitatibus & ceremoniis viguit nullibi, quàm in *Germania* & *Anglia*. Innocentia quoque probabatur per aſſumtionem ſacri myſtici. Hoſce verò mores ad barbariem priorum ſeculorum relegamus. Hinc Rex *Galliæ* & *Boruſſiæ* legem, naturali honeſtati magis convenientem, ferre vix po-

potuere, quàm illam, quæ prohibet duella, quocunque modo commiſſa. Legatur omnino hîc *Rachelii* eruditiſſimus tractatus de duellis, cui ſubjungit Cæſaris reſolutionem ad legatos ſtatuum in Comitiis Ratisbonenſibus.

§. 16. Vid. *Grot.* l. 1. 3. 2. 1. 1. 2. 20. 39.

§. 17. Vid. *Grot.* l. 2. 22. 5. 1.

*Imminuendam potentiam creſcentem*] Moribus hoc quaſi plerarumque gentium juſtum cenſetur, ut vicino, cujus accreſcit potentia, bellum inferatur: Ac ſi nullæ aliæ cauſæ belli juſtæ adſunt, hoc permiſſum eſt minime.

§. 18. *Satisfacere.*] Non nuda hîc intelligitur damni reparatio, ſed ſatisfactio talis, quæ futuram præſtet ſecuritatem.

*Arbitratu viri boni.*] Non tertii alicujus, de quo l. 2. 23. 8. quod arbitrium, propter ſtudium partium, ut plurimum eſt ſuſpectum; ſed ſatisfactio talis eſſe debet, quæ judicio omnium, imprimis eorum, qui in neutras propendent partes, æqua eſt. Qualem ſatisfactionem *Samnites* obtulerunt Romanis, & *Thebani* Lacedæmoniis, unde juſta cauſa ad illos tranſiit.

## AD LIB. II. CAP. II.

### §. I.

*Noſtrum.*] Connexio hujus capitis cum ſequentibus 6. capitibus hæc eſt: *Noſtrum* eſt aliquid. 1) vel *communi* hominum jure, eoque vel in rem corporalem, quæ eſt aut vacua à pro-

 prie-

prietate, aut propria fieri poteſt aut non poteſt, de qua hoc cap. 1. Sive 2) eſt aliquorum propria ad actus aliquos, de quibus agitur hoc capite ſecundo. Vel 3) noſtrum eſt aliquid ſingulari jure, idque acquiſitione originaria, vel rerum, de qua cap. 3. & 4. vel juris in perſonas, de quibus cap. 5. vel acquiſitione derivativa, idque vel facto hominis, de quo cap. 6. vel facto legis, de qua agitur cap. 7.

§. 2. *Communitate.* Illa rerum communio, ſive poſitivam iſtam dicas cum Grotio, ſive negativam cum Pufendorffio, propter eximiam confuſionem non eſt poſſibilis. vid. *Becler.* hîc.

§. 3. *Proprietate maris.* Quam impugnat hîc & in tractatu de mari libero *Grotius*, defendit verò *Seldenus* in mari clauſo. Legantur hac de materia quoque Johannis *Pontani* diſcurſus hiſtorici, qui Daniæ tamen favet, & Norwegiæ; *Graſwinckelii* vindiciæ contra Joannem Baptiſtam Burgum, cujus liber eſt de Domino maris Liguſtici, item Diſſertat. Johannis *Strauchii* de imperio maris; *Loccenius* de jure maritimo. Conferatur *Grot.* l. 2. 3. 13. & 8. cum Pufendorffio l. 4. c. 5. §. 6.

§. 4. Vid. *Grot.* l. 2. 8. 2. *Puffend.* l. 4. c. 6. §. 3.

*Duplicem.* Alia enim *publica*, quæ per univerſitatem, alia *privata*, quæ per fundos eſt. Illa poteſt obtinere; licet hæc non ſit.

§. 5. Vid. Grot. l. 2. 3. 5. it. c. 8. §. 5.

*Exteros.* Qui temporarii ſunt ſubditi.

*Venationum.* Cùm iſtæ ſint juris naturalis

per-

permiſſivi, propter utilitatem publicam reſtringi poſſunt, ac opificibus ruſticisque vetari.

§. 6. Vid. *Grot.* l. 1, 4. 7. 1. & 2. l. 2. 18. 4. 6. l. 3, 17. 1. l. 2. 6. 5. 4. 1. 3. 4. 3. leg. 39. de Furtis, leg. 30. ff. pro Socio; Jung. *Seldenus* l. 6. c. 8. l. 4. c. 3. *Pufend.* l. 2. c. 6. §. 5.

*Revivíſcentes.* Quæ communio primæva nunquam vixit viguitque, non poteſt revivíſcere neceſſitate ſumma, quæ jus dat minimè, ut alter auferat alteri ſuum; ſed tamen à furti crimine & pœna eum abſolvit, qui non doloſo animo, nec lucri cupiditate rem alterius uſurpare cogitur.

§. 7. *Neceſſitati.* Tentanda enim indigenti prius omnia, quàm bona attrectet aliorum, qui ex lege caritatis humanæ, in caſu extremæ neceſſitatis, bona ſua cum aliis communicare ad uſum tenentur.

§. 8. *Pari.* Modo poſſeſſoris indigentia ſumma ſit notoria.

§. 9. Prædones in Anglia reſtitutionem perperam promittunt.

*Reſtrictum.* Neque perfectum neque imperfectum ſeu reſtrictum jus habet, qui alienis utitur rebus; ſed venia ipſi danda, quando non malo animo, in ſumma neceſſitate, quod magnum imbecillitatis humanæ eſt præſidium, aliorum bona ſibi attribuit.

§. 10. Vid. *Grot.* l. 3. 1. 2. 2. l. 3. 17. 1. l. 1, 3. 4. 3.

*Occupari.* Cùm animus occupantis careat fraude & lucri cupiditate omni, æquitas natu-

talis eum ſaltem excuſat. Non enim lædit, qui locum munitum vel opportunum, ne in poteſtatem ſui hoſtis veniat, cuſtodit.

§. 11. *Uſus.* Illa quæ fiunt ex innoxia utilitate, laxiore & valde impropriо ſenſu dicuntur jure fieri. Nam ille, qui rem alterius propriam, quà talem, petit, non obſtringit alterum ex ratione juſtitiæ particularis, ſed ſolum ex ratione ſocietatis, & ex univerſali illo officio, quod homo homini debet. Laxa ergo eſt obligatio ex utilitate innoxia in rebus pertinentibus vel ad dominium, vel ad uſum.

§. 12. *Flumen.* Licet aqua fluminis, quatenus profluens eſt, non videatur in dominio eſſe, promiſcuè tamen omnibus potus ex illo non eſt ſubminiſtrandus.

§. 13. *Tranſitum.* Cùm ſocietas humana ſine populorum tranſitu & mercium non poſſit ſubſiſtere, non tam innoxia utilitas, quàm ſumma æquitas, iſtum imperat. Interim valde impedita eſt quæſtio de tranſitu propter infinitas obſtantes circumſtantias. Damna enim multa ex tranſitu iſto redundant in eum, qui iſtum concedit. Sic petebat Henricus II. Rex Galliæ tranſitum per civitatem Metenſem, quam tamen occupabat. Quæ verò Grotius hic de bellis Moſis adducit, ſingularia planè ſunt, cùm iſtius cauſa non fuerit denegatio tranſitus, ſed ſpeciale Dei mandatum. Imo ferè pleraque bella, ab Iſraelitis geſta, non nituntur cauſis belli ſolennibus; ſed merè ſunt pœnalia.

Damno.

Digitized by Google

*Damno.* Non poteſt pro damno reputari ceſſans lucrum in iis, quæ ſunt juris imperfecti.

§. 14. *Vectigalia.* Magna eſt commerciorum libertas, attamen non tanta, ut ei non poſſit aliquid oneris imponi, cum commodis regionis, quæ vel ſecuritatem tranſeuntibus præſtat, vel ſumtus facit ad reficiendas vias, utatur. Interim vectigalia proportionem ad illa incommoda, quæ magiſtratus loci patitur, habere debent, non tamen præciſe reſtringi ad impenſas præſentes, cum recte expoſcantur, ſeu exigantur, ut neceſſitatibus ſuccurratur futuris. Imo cùm vectigalia referantur ad jura majeſtatica, illa per totum territorium recte imponuntur.

§. 15. *Jus morandi.* Tranſeuntes, quamdiu commorantur in ditione aliena, ſubditi ſunt temporarii.

§. 16. *Habitatio.* An iſta concedenda ſit illis, qui diverſæ ſunt religionis, quæritur. Æquitas & Chriſtiana caritas exules & miſeros ab iſta utilitate, modo ſit indigenis innoxia, non excludit. Exemplum eſt in Hugonottis, quos Rex Boruſſiæ tuetur.

§. 17. *Locus.* Si iſte deſertus, cedit occupanti. Hiſpani verò Indiam hoc titulo ſibi vindicare non poterant, quæ vacua non erat. Nec attendenda hîc erunt argumenta ſcriptoris acutiſſimi, *Franciſci de Victoria*, in relectionibus moralibus, quibus ſuis Hiſpanis jus in barbaros aſſerere conatur, relectione quinta de Indis inventis.

§. 18. *Vita.* Sic alimenta, medicamenta, & alia, quibus valde vita indiget humana, non deneganda, quia ſpectant ad ſuſtentationem individui & conſervationem ſpeciei.

§. 19. *Emere.* Ad emendum nemo poteſt cogi regulariter, cùm quisque rerum ſuarum ſit moderator.

*Indigeat.* Cautio hæc ſemper eſt adhibenda: Si ipſe re indigeo, non teneor alii dare indigenti. Amor enim bene ordinatus incipit à ſe ipſo.

§. 20. *Vendere.* Ad ſua vendenda non minus, ac aliena emenda, cogitur nullus, niſi ex publica neceſſitate Princeps, qui jure dominii eminentis non ſolum ad res, ſed actus ſubditorum habet poteſtatem, imperet, ut tempore annonæ vendatur, & in magna rerum abundantia ematur.

§. 21. *Ducere uxores.* Quia quæcunque ſunt neceſſaria ad ſuſtentationem individui, illa nullis ſunt perperam deneganda, qualia ſunt matrimonia. Conf. *Grot.* l. 2. 5. 15.

§. 22. *Ex ſuppoſitione.* Si enim ſimpliciter nonnulla conceduntur omnibus, ex odio tamen uni negantur, huic fit injuria. Sic quando omnium Principum *legatis* titulus datur Excellentiæ, hujus vel iſtius Principis legato, modo paris ſit conditionis, iſte titulus non debet denegari.

§. 23. *Permiſſio.* Hac diſtinctione permiſſorum, vel ex jure naturali, vel ex beneficio, lites inter Hiſpanos & Indos Grotius non componit. Vid. *Zieglerus* h.

§. 24.

§. 24. Conf. *Grot.* l. 2. 12. 16.

*Civiles.* Etiamſi contractum ſit de jure monopolii, humana tamen indigentia expleri poteſt, atque ſic nullum jus hîc quæritur perfectum. Interim noxium eſt, rerum pretia intendi à privatis.

# AD LIB. II. CAP. III.

## §. I.

O*Riginaria.* Quâ in dominium redigimus quod antea erat in dominio nullius.

*Derivativa.* Quâ transfertur in alium, quod jam in dominio noſtro eſt. Juriſconſulti Romani tres acquirendi modos jure Gentium referunt: Occupationem, acceſſionem, traditionem. Prima ad acquiſitionem originariam, ad derivativam pertinent reliqua.

*Diviſionem.* Ita tamen, ut occupatio diviſioni primævæ fuerit implicita reliquin.

§. 2. *Conceſſionem.* Concedere alteri poſſumus, quod noſtrum eſt, veluti uſumfructum, quamvis illa conceſſio non ad virtualem, ſed ad formalem uſusfructus referatur rationem. Propriè enim res ſua ſervit nemini, cùm pars dominii formaliter penes dominum maneat. vid. l. 63. ff. de uſufr.

§. 3. Vid. *Grot.* l. 2. 8. 19.

*Specificationem.* Quâ nullius jus mutatur naturaliter, uni tamen res adjudicatur civiliter l. lege civili, & quidem iſti, cujus jus eſt poti-

us, ut acceſſorium ſequatur ſuum principale.

§. 4. *Perſona.* Contingere enim poteſt, ut aliquis imperium habeat in perſonas, non vero in territorium.

*Territorium.* In quo plerumque conſtituit imperium.

§. 5. Vid. *Grot.* l. 2. c. 8. §. 11.

*Principio.* Perpetuam inducit obligationem, non quod natura permittit, ſed quod præcipit.

*Pacti.* Quia jus gentium voluntario pacti, etiam obligat.

§. 6. Conf. *Grot.* l. 2. c. 10. & l. 3. c. 14.

*Dominium.* Quod eſt jus conſtitutum, quo res corporalis noſtra & propria eſt.

*Ratione.* Dominium quidam furioſis, infantibus, aliisque rationis uſu deſtitutis, jure competit naturali; ſed adminiſtratio dominii, quæ rationem requirit & judicium, ipſis denegatur, vel ad tempus ſuſpenditur.

§. 7. *Flumina.* Quæ ripis conſtant, alveo & aqua profluente. Hæc communis, niſi in locis, ubi aqua venditur.

§. 8. *Mare.* Vel ſub ratione integri, vel ſub ratione partium.

§. 9. Vid. *Seldenus* Grotio hîc contrarius lib. 1. Maris clauſi c. 14. & 15.

*Romano.* In quo mare commune ratione uſus, non ratione dominii. Licet enim Romanorum potentia maritima tanta non eſſet, quæ eſt hodie Hollandorum & Anglorum, aliorumque populorum maritimorum; mare tamen non

Digitized by Google

non fuit communis omnibus, ſed variè erat ab His occupatum.

*Piſcationem.* Vid. l. 2. §. 9. ff. Ne quid. l. penult. l. 13. §. 7. ff. de Injuriis. Negligentiores ſe præſtiterunt qui quum Batavis trajectum captum conceſſerunt nimis latè. Deinde, cum dubium nullum ſit, leges dominii mare poſſe recipere, quis negabit, Romanos, multorum marium dominos, alios populos à piſcatione cohibuiſſe?

§. 10. *Mare.* Non tantum incluſum & internum, uti vult Grotius, ſed adjacens ſeu externum, cedit quoque ſaltem, jure acceſſionis, quod nonnulli ad centum milliaria & ultra extendunt.

§. 11. *Poſſeſſioni.* Hujus non una eſt cauſa, ſed duæ ſunt quaſi baſes, nempe externus actus corporis & actus internus animi, qui ex ſignis tamen externis debet colligi.

§. 12. *Tranſitus* Maris & terræ non ideo concedendus, quando & quia innoxius, ſed quia uſus terræ & maris propter commercia & ſocietatem generi humano communis.

§. 13. *Claſſis.* Multas maris partes occupaſſe Romanos, inde probari poteſt, quum legamus Auguſtum Cæſarem quatuor aluiſſe claſſes.

§. 14. *Vectigal.* Hoc populus liber, ſive Princeps, jure etiam majeſtatis & dominii in mare, ſumit licitè.



Digitized by Google

§. 15. *Non docent.* Omnino docent. Quod ſi enim privatus occupat privativè, cur populus integer cumulativè?

§. 16. *Mutata.* Cùm flumina non minus, quàm agri mutentur, finium terminorumque probatio valde redditur difficilis.

*Arcifiniis.* Diſtinctio inter agros limitatos & arcifinios non ex jure naturali eſt, ſed poſitivo, vid. *Gryphiand.* hîc de Inſul. c. 14. p. 87. it. *Obrechti* diſput. de ſacris termini §. 34.

§. 17. *In dubio.* In hoc jus habent par vicini, niſi poſſeſſio alterius appareat antiquior. Licet enim populus occupaverit territorium, non ſtatim cenſetur mare occupaſſe vicinum, niſi mare penitus territorio incluſum ſit & circumſeptum.

§. 18. *Serius.* Si prior poſſeſſio vel notoria, vel documentis probata idoneis,

§. 19. Vid. *Grot.* l. 1. 1. 16. l. 3. 6. 2. l. 2. 8. 9. 1. l. 2. 2. 5. Conf. *Seldenus* l. 2. 2. 4.

*Derelicta.* Si populus occupavit regionem aliquam, occupavit etiam jus privatum. Poſt eùm fundi ſingulis aſſignati ſunt, populus retinet quoque jus proprietatis, modo quodam eminenti, fundatamque habet ſpem, fore, ut dominium ad ſe redire poſſit rerum præcipuè immobilium. Jus enim circa bona vacantia duplex eſt: alterum rerum mobilium, alterum immobilium.

AD

# AD LIB. II. CAP. IV.

## L. I.

INter diverſos populos. Solida hæc eſt diſciplina Grotii, quæ adhiberi poteſt contra Gallos, quorum cauſam inprimis agit Puteanus. Hic operosè propugnat, legem prohibere Salicam, ne bona, quæ ſemel coronæ Gallicæ ſunt incorporata, rurſus alienentur. Vid. *Conringius* de Finibus Imp.

*Niſi.* Notabilis hæc eſt reſtrictio. Licet enim uſucapio non habeat locum 1.) inter duos populos liberos, quia jus uſucapionis introductum lege civili, 2.) nec inter Regem & privatum, ipſi non ſubjectum, quoniam non habent judicem communem. Nec 3.) inter duos diverſorum Principum ſubditos, e. g. inter Gallum & Germanum: attamen quatenus res in hoc vel illo territorio quæſita eſt, eatenus territorii leges debemus ſequi. Licet enim poſſeſſio fundamentum non habeat in lege civili, habet tamen ex illa certam formam. Dein, ſi nulla poſſeſſio longæva jus daret, ſemper foret animorum perturbatio, & bellum ex bello ſereretur.

§. 2. *Jephta.* Hic locus Scripturæ Judic. 2. v. 26. qui urget poſſeſſionem trecentorum annorum ex jure, quod eſt commune gentibus, maximè ad rem facit; atque ſic Oſiander hîc fruſtra Grotium cavillat.

§. 3.

§. 3. Vid. *Grotius* l. 2. 6. 11. l. 2. 20. 18.

§. 4. Vid. *Grot.* l. 2. 3. 18. 2.

*Contractum.* Cùm una circumſtantia in moralibus rem mutet, contractus cum poſſidente jura præſcriptionis adimit. Sic e. g. ſi cum Gallo, uti diuturno nunc regni Arelatenſis poſſeſſore, contractus, hujus regni causâ inter ipſum & Germanum, fuiſſet initus, jus in illud regnum exſpiraſſet; ſed cùm ille nusquam extet poſt tot cum Gallo pacta, Germanico imperio jus in regnum illud manet integrum. Nullibi enim apparet, Germanicum imperium Gallum pro vero domino & poſſeſſore regni Arelatenſis agnoſcere.

§. 5. Vid. Grot. l. 2. 7. 1. l. 4. 12. 8.

*Spes recuperandi.* Sic quando in naufragio res levandæ navis causâ ejicitur, non hoc fit animo derelinquendi, niſi res ſtatim in fluctibus corrumpatur. Bene enim attendendum eſt 1.) ut res ejecta aquâ non diffluat, vel corrumpatur. 2.) ut talis res certo notata ſit charactere, quo poſſit extracta fluctibus cognoſci. Hæc enim ſi abſunt requiſita, res abjecta animum indicat derelinquendi. Stultè enim habet animum retinendi, qui ſcit, ſe rem amiſſam recuperare non poſſe.

*Liberè volentis.* Quando voluntas tacita atque libera requiritur ad uſucapionem, non talis voluntatis intelligitur libertas, quæ ab omni abeſt coactione, ſed ſufficit illa, quæ cernitur in actionibus mixtis.

§. 6.

§. 6. *Tempus.* Licet à tempore nihil fiat, fiunt tamen in tempore omnia. Sic quando tempus eſt reipublicæ turbidum, quo imperans territorium repetere non poteſt; ſuccederet tamen poteſt aliud tempus, quo ſua ſine periculo repetere poterit.

§. 7. *Memoriam excedit.* In publicis negotiis immemorialis & centenaria illa præſcriptio vix videtur habere locum.

§. 8. *Quamquam.* Quatuor affert argumenta Grotius, quorum duo charitatem reſpiciunt humanam, quâ oppido pauci hodie ſunt imbuti: Primum tamen & ultimum argumenta valida ſatis ſunt & ſtringentia. Imperia enim non putantur vulgo onera; ſed propter utilitatem multos alliciunt ad ea ſuſcipienda.

§. 9. *Non interrupta.* Ad interruptionem præſcriptionis ſimpliciter neceſſaria non eſt interpellatio judicialis; quia ad præſcriptionem non requiritur poſſeſſio, judicialiter aut teſtato cœpta & continuata.

§. 10. *Civilis.* Licet aliorum factum alteri præjudicare non poſſit, neque filius nondum natus, peccatum committere: attamen jure feudali præſcribitur poſſeſſio, & negligentia unius imputatur toti poſteritati. Vocamus talia feuda ex pacto. Eodem modo in jure civili fidei commiſſa præſcribi poſſunt, ſi per tertiam generationem non vindicantur.

§. 11. *Ex nova cauſa.* Per quam hîc intelligis novam conjecturam, quæ tractu temporis inter-

recedit. Diſtinguendum præterea inter effectum primum & ultimum. Quæ enim ſecundum utrumque non valent, ea convaleſcere non poſſunt.

§. 12. Vid. Grot. l. 2. 20. 24. l. 1. 3. 6. 2. l. 2. 5. 3. l. 1. 3. 11. 1. Conf. *Hugo* in Juriſprudentia publica c. 6. § 23.

X *Per modum legis.* Hæc principia Grotii bene tenenda ſunt, ut inſtantiis, quæ dari poſſunt multæ, occurratur. Sic e. g. Imperator Germaniæ, uti ſummus imperans, non obligatur per modum legis, ſed per modum pacti & conventionis cum Statibus.

§. 13. *Communicari.* Quando cum ſubditis regalia, quæ omnibus Principis quaſi cohærent arctiſſime, communicantur, conſiderantur uti privilegia.

§. 14. Vid. Grot. l. 2. 22. 11. l. 1. 3. 8. 13. l. 1. 4. 15.

*Voluntas.* Quæ enim prius erant libertatis, poſtea ſunt neceſſitatis. Accedit, præjudicium tertii poſſe excludere pœnitendi licentiam.

§. 15. *Jura.* Quæ ſunt res puræ facultatis, jure naturali competentes omnibus, per præſcriptionem non amittuntur: quæ verò jura potius ſunt, quàm res facultatis, præſcriptioni ſubjacent omnes.

## AD LIB. II. CAP. V.

§. 1.

G*Eneratione.* Ad declarandum jus parentum in liberos ſola Numinis divini voluntas ſuffi-

ſufficit, nec illud à *generatione* cum Grotio, neque à *præſumto liberorum conſenſu*, cum Pufendorffio, multo minus à *victoria*, cum Hobbeſio, arceſſendum. Deinde à naturali facultate non valet conſequentia ad *jus*, quod parentes in ſe ipſos non habent, atque ſic minimè quoque in ſuos liberos. Natura enim, quæ omnes homines facit æquales, parentibus in liberos non tam jus tribuit, quàm *officium* curamque educandæ prolis ſuæ aſſignat. Hac ratione generatio duplicem habet reſpectum, cùm in liberis *obſequium*, in parentibus *imperium* inducit. Nam ſine utroque educatio nulla.

*Utrique parentum.* *Matri* non minus, quàm *patri* curam educationis & natura, & naturæ autor DEVS, commiſit. Atque ita cum Hobbeſio jus patris præcipuum in liberos non ex *præſumta derelictione matris*, nec cum Grotio, ex *ſexus præſtantia* deducendum; niſi velis dicere, patrem, cùm filios *pædagogo* dat educandos, curam eorum relinquere, vel *marito* dominium in uxorem à Deo non eſſe conceſſum.

§. 2. *Acquirunt parentibus.* Parentes dominium in res liberorum ex præſumto eorum *conſenſu* non acquirunt, uti quidem vult Pufendorffius, quia liberi in eo ſtatu non expreſsè, multo minus tacitè, poſſint conſentire. Conf. *Eichelius* in Diſſertatione doctiſſima de jure, quo naturaliter liberi & parentes ſibi invicem ſunt obſtricti. part. 2. §. 8. & 9. Vid. *Seld.* l. 7. c. 2.

§. 3. Conf. *Grotius* l. 2. 4. 12. 1.

Non

*Non eſt irritum.* Loquitur hîc Grotius non de mera *aptitudine*, ſed de tali conditione, quâ liberi ex lege divina *tenentur ad obſequium*.

§. 4. Vid. Grot. l. 2. 20.

*Coercendi.* Quæ poteſtas parentibus in tantum competit, in quantum ad *finem* ſocietatis hujus ſimplicis obtinendum eſt neceſſarius.

§. 5. Vid. Grot. l. 3. 1. 2. 1.

*Oppignerare aut vendere.* Hoc non fluit ex fundamento *ordinario* juris parentum, ut putat hîc Grotius, ſed ex *peculiari* jure, quo liberi quaſi in hypothecam & ad operas præſtandas tenentur creditori. *Reſtringitur* quoque hoc jus ad caſum extremæ neceſſitatis, nec licet parentibus liberos in perpetuum vendere, ſed tantum ad tempus. Atque hoc jus vendendi & oppignorandi eum in finem eſt conceſſum, quo *vaga liberorum expoſitio* impediretur, vel etiam *interfectioni* liberorum, apud Græcos nimium frequentatæ, occurreretur. Vid. *Ælianus* l. 2. c. 7.

§. 6. *Manente.* Diſtinguendum hîc inter parentum *jus*, *officium* & *voluntatem*; Duo priora hoc tempore ceſſant, poſterius manet.

§. 7. Vid. Grot. l. 2. 13. 20.

*In liberos.* In quos parentibus ſine differentia temporis S. Scriptura concedit imperium. *Epheſ.* 6. 1. *Coloſſ.* 3. v. 20.

§. 8. *Maritus in uxorem.* Talis differentia ante lapſum non fuit, quia uxor viro in adjutorium data, ſed exiſtit demum *poſt* lapſum. Gen. 2. v. 18. 22. Gen. 3. v. 16. Ubi tamen non ſimpliciter

Digitized by Google

pliciter lex aliqua fertur, unde non tam naturalis, quàm *pœnalis* illa eſt determinatio, ex quo diverſitas reſultat, quæ *extra* conjugium non habet locum, cùm multæ gentes fœminas quoque ad imperium admittant. Hinc alia affert argumenta ad ſtabiliendum imperium mariti in uxorem *Puſend.* l. 6. c. 1. Proxima tamen & univerſalis cauſa hujus imperii maritalis eſt *divina* lex poſitiva pœnalis.

*Fide.* Quæ omnino debet eſſe reciproca, & malè Grotius exiſtimat, maritum lege nova tantum obſtringi ad vitandum adulterium.

§. 9. *Naturali jure.* Contra quod *præceptivum* etiam πολυγαμία non eſt directè, abeſt tamen ab ipſo longius. At juri *divino voluntario univerſali*, quod à naturali jure in nonnullis abludit, contraria omnino. Diſpenſatio verò valde eſt difficilis, quamvis ejus extent exempla. Vid. Daphnæus Arcuarius in tractatu ingenioſiſſimo von der Betrachtung des Heil. Eheſtandes. Autorem hujus ſcripti dicunt Begerum, Antiquarium celeberrimum.

*Lege Evangelica.* Non opus erat hanc Socinianam diſtinctionem adhibere, cùm potius definitionem matrimonii ex Juſtiniano potuiſſet adducere Grotius, ac dein Sapientum conſenſum ſubjungere.

§. 10. *Conſenſus Parentum.* Diſtinguit Grotius inter conſenſum parentum, ratione filiorum & filiarum, quaſi magis neceſſarius iſte ſit in elocandis filiabus, quàm filiis, cùm iſtæ ſibi tam

R bene

bene proſpicere nequeant, ac filii. Pudori etiam ipſarum magis convenire, parentum ſtare arbitrio. At licet hæc diſtinctio aliquam habeat rationem, in Scriptura tamen Sacra non legitur. Quod ſi etiam familiæ rationes expendimus, magis videtur obſtrictus filius ad obſequium parentum in contrahendis matrimoniis, quia ille in familia patris videtur manere, cùm eam propaget; quam filia, quæ in alienam quaſi familiam tranſplantatur. De cætero infirma eſt diſtinctio JCtorum inter *neceſſitatem* & *honeſtatem* conſenſus. Vid. *Carpzov.* Jurispr. Conſiſtor. in qua diligenter Theologorum & JCtorum referuntur ſententiæ, adductis ſimul exemplis Hebræorum, & dictis Scripturæ, præcipue *Deuter.* 7. 3. *Gen.* 24. 3. & 49. *Gen.* 29.

§. 11. Vid. *Grot.* l. 1. 1. 11. l. 1. 1. 15. 2. l. 1. 1. 17. 8.

*Lege Naturæ.* In cujus propinqua ratione plerumque jus divinum voluntarium univerſale, quod perperam nonnulli negant, ſe fundat.

§. 13. *Lex Dei.* Deo enim omnia notiora, quàm nobis. Abſtruſa enim hîc in multis divinæ voluntatis eſt ſapientia.

*Frequentiam convictus.* Quæ inprimis in conjunctione fratrum & ſororum attendenda; quamvis illa non ſit contra jus naturæ *abſolutum*, ( primis enim temporibus hoc fieri debebat ) ſed *hypotheticum*. Poteſt autem aliquid eſſe contra jus naturæ non quaſi ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu.

§. 14.

Digitized by Google

§. 14. *Gradibus cæteris.* Diſpenſatio illa, quæ ſubſiſtit intra terminos, à Deo ipſo Levit. 18. poſitos, in conſcientia tutior eſt; præſtatque non diſpenſare citra ullam perſonam ibi non expreſſam. Quando tamen illiquidæ collidunt ſententiæ, pronunciandum pro matrimonii ſubſtantia. Vid. *Franciſcus de Victoria* in relectionibus moralibus, & quidem relectione ſeptima de matrimonio, in qua multa movet acutiſſimè inventa, at minus probanda in omnibus.

§. 15. Vid. *Can.* 4. cauſ. 32. 40. 4.

§. 17. Vid. *Grot.* l. 3. 20. 4. 1. *Ariſtoteles* IV. Politic. 8.

§. 24. Vid. *Grot.* l. 2. 14. 11. 2. l. 3. 1. 2. 1. *Puffend.* 8. 11. 2. *Bodinus* l. 1. c. 6.

*Gregatim.* Quia ſine conſenſu totius diſcedere pars nequit. Quod tamen non de turba aliqua diſcedentium intelligendum, ſed de egregia civitatis parte. *De ſingulorum* diſceſſu non dubitatur, cùm per eum ſocietas non turbetur. Habet tamen & hoc caſu ſumma poteſtas ſecundum æquitatem naturalem jus prohibendi diſceſſum ex cauſis variis e. g. Quando civitas eſt onerata debitis publicis, ubi ſinguli tamdiu detinentur, donec ratam ſibi partem ſolvant.

§. 29. *Alimentorum.* Jus dominii in partem ſervilem non ſubſiſtit in cauſa alimentorum. Additur etiam à poſteriori tantum dominium, poſtquam nempe dominus aluit. Vid. *Baclerus* de partu, qui ſequitur ventrem. Deinde putat Grotius minus rectè, non eſſe conſentane-

um rationi naturali, ut partus ſequatur ventrem, cùm in matrem reddi poſſit jus evidens, in patrem minus, quem in civili jure tantùm nuptiæ demonſtrant.

*Fugere.* Diſtinguimus inter ſervum, ſe ſubdolè ſubtrahentem, & propter ſævitiam domini ad tempus tantum fugientem. Poſterius propter calorem ipſi condonandum.

§. 31. Vid. *Grot.* l. 1. 3. 8. l. 1. 3. 13.

§. 32. Vid. *Grot.* l. 2. 20. 5. l. 3. 7. 14.

*Subjectione.* Quæ ex delicto in integris populis non eſt, ſi de pœna propriè dicta loqui velimus. Exempla quoque ſubactorum populorum, quæ à Grotio allegantur, potiùs agunt de vindicta injuriarum illatarum. Non enim datur bellum pœnale, uti vult Grotius, ſed vindicativum.

## AD LIB. II. CAP. VI.

### §. I.

Vid. Grot. l. 2. tt. 4. l. 2. 15. 3. 4. Conjungatur Feldenus h.

§. 2. *Traditionem.* Sequitur hic Grotius JCtos in l. 9. §. 8. de A. R. D. & §. 19. J. de R. D. qui dicunt, traditionem eſſe modum juris Gentium, non juris naturalis. Sed malè. Si enim naturalis ratio ſpectatur cum comparatione ad modum, quo homines negotia inter ſe tranſigunt, patebit, verba e. g. vel alia ſigna non efficere ndomiium translatum; ſed obligare tantum ad

Digitized by Google

ad transferendum, adeoque non jus in re, ſed tantum ad rem dare.

§. 3. Vid. Grot. l. 3. 20. 5. 3. l. 1. 3. 11.

*Conſenſu uſufructuarii.* Dominus ab uſufructuario non impeditur, quo minus in alium transferat dominium ſuum directum, niſi quatenus diverſis inſtitutis & legibus populi obtinet, ut alienatio dominii, ſine conſenſu uſufructuarii, fieri non poſſit.

§. 4. Vid. *Grot.* l. 3. 20. 5. 2.

*Conſenſu partium alienandarum.* Quando conſtituitur civitas, videntur partes integrantes ſingulæ animo perpetuo conſociationem inire. Diſtinguere tamen debemus inter quæſtionem *juris*, & *conſilii.* Facultas moralis, quæ ex principio ſumenda extrinſeco, cum rationibus utilitatis politicæ non eſt confundenda. Si de conſenſu circa alienationem agitur, præſumitur pars alienanda conſentire, modo legitimè procedatur & publica neceſſitas id exigat. Tunc enim pars cedere debet toti, non ex jure ordinario, quo privari nequit, ſed extraordinario: qua ratione principia Grotii, qui in terminis juris ordinarii verſatur, poſſunt defendi. In hiſce ſingularibus quoque caſibus attendendum, plerumque rem non eſſe amplius integram, quando de partis alicujus alienatione agitur.

§. 5. Vid. *Grot.* l. 1. 4. 7. 1. l. 2. 2. 6. 2.

§. 7. *Cum conſenſu tamen populi.* Poteſt utilitas & neceſſitas, ſi illa dilucida eſt, conſenſum populi tacitum & præſumtum operari, quando

ſcilicet populus expreſsè non contradicit. Cæterum neceſſitas iſta non ſecundum Grotii ſententiam eſt judicanda, ne ad primævam dilabamur communionem.

§. 9. Vid. Grot. l. 1. 3. 5. 2. l. 2. 11. 18. 2.

§. 10. *Minores functiones.* Quas ſine majeſtatis læſione lex, vel Princeps ſuperior concedit, quales in Imperio noſtro olim erant *Ducatus*, *Comitatus*, *Marchionatus &c.* quibus tamen nunc ex jure territoriali majeſtas communicata inhæret.

§. 13. *Tributa.* Loquitur hîc Grotius de jure alienandi per ultimam voluntatem, quod cum jure dominii eſt connexum, adeoque dominus non ex lege feudali, uti vult Grotius, ſed naturali æquitate hanc habet alienandi facultatem.

## AD LIB. II. CAP. VII.

### §. I.

B*Ona naufragorum.* Quæ ſi cognoſci poſſunt, omnino ſunt reſtituenda dominis, id quod lex etiam præcipit Rhodia civilis, quam Grotius hîc perperam impugnat. Quæ enim res ſpecialiter ſignatæ non ſunt, eas dominus verus dereliquiſſe cenſendus eſt.

§. 2. Vid. *Grot.* l. 3. 3. 6, 2. l. 3. 13. 4. 3. l. 3. 2. 2. ſeqq.

*Judicia.* Ubi tamen requiritur 1.) Certitudo moralis valde liquida & aperta, judicia ceſſare. 2.) Certum quoque eſſe debet, nobis jus contra alium competere, id quod in praxi judicatu difficile,



Digitized by Google

ficile, cùm nihil dici certum poſſit, in quo non contraria quædam ſit probatio, ſaltem juridica. Et licet certum hoc ſupponatur, non tamen hoc facile erit admittendum.

§. 3. Vid. loca Scripturæ 2. *Cor.* 12. 14. *Rom.* 8. 17. 1. *Tim.* 5. 8. *Matth.* 7. 9.

§. 4. Vid. *Grot.* l. 1. c. 1. §. 4. & 9. 2.

*Non ex juſtitia expletrice.* Contrarium potius aſſerendum, cùm parentes non ex ſimplici honeſtate, ſed ex ſtricta juris Naturalis obligatione liberis alimenta debeant. Hæc enim ſi denegantur à parentibus, eorum videntur necare, ſecundum l. 4. ff. de agnoſc. & alend. liberis. vid. *Stryck* hîc.

§. 5. Vid. loca Scripturæ *Matth.* 15. 5. 1. *Tim.* 5. 4. *Rom.* 8. 7.

§. 6. *In parentum locum.* Hæc ſucceſſio liberorum, quæ *repræſentatio* dicitur inde, quia quaſi defunctos parentes denuò exhibet præſentes, liberos non præfert, ſed æquat. Hinc ſi parentes, liberi quoque excluduntur.

§. 12. *Patrimonialia.* Regna proprie in patrimonio & uſufructu non ſunt, cùm Reges abuti ita non debeant regnis, uti domini privati ſuis rebus. Vid. *Danckelmannus* Diſſ. in pares, qui plures affert rationes, cur regna patrimonialia & uſufructuaria dici nequeant? Addatur *Hedingerus*, qui iſta ad chimæras paſcendas in Utopiam relegat. Hoc certè monendum, ſi rebus nomina aptantur, quæ in ſenſum poſſunt deduci perverſum, facillimum earum eſſe abuſum.

§. 14. *Ex præſumta voluntate populi.* Multa hîc aguntur in favorem cauſæ, actusque arripiuntur, ex quibus voluntas iſta præſumta populi elicitur.

§. 24. *Proximè abeſt.* Formatio caſus difficilis eſt. Qui enim ſanguine eſt regi *ultimo* proximior, iſte quoque *primum* attinget regem, ſi non immediatè, tamen mediatè. Sed ut hæc intelligantur, conferendus eſt §. 15. qui caſum habet oppoſitum. Deciſionis ratio non conſiſtit in affinitate. Nam qui ex affinitate, cum defuncto recens contracta, eidem eſt proximior, primum regem ſanguine non attingit. Verior ergo eſt illorum ſententia, qui ad *collaterales* hunc caſum pertinere exiſtimant. Res poteſt illuſtrari exemplo ſucceſſionis feudalis. Uti enim à primo acquirente vaſallo usque in ultimum jus ita deducitur, ut illud ſemper in eo hæreat, cui ſucceditur: Pari modo in ſucceſſione hæreditaria jus ſemper eſt in eo, qui ſuccedit.

§. 25. *Exhæredari.* Quæ hîc Grotius affert de tacita exhæredatione, locum non videntur habere, cùm jus omne exhæredationis non ex jure naturali, ſed civili æſtimandum ſit, utpote ex quo cauſæ ſumuntur, ex quibus patres familias liberos poſſint exhæredare.

§. 37. *Judicium.* Quando de judicio ſucceſſionis in regno, neque lege neque conſuetudine, quicquam certi eſt diſpoſitum, ſed ratio ſuccedendi in regnum dubia eſt, tunc populus

vel

Digitized by Google

vel Rex de eo judicet, neceſſe eſt. Diſtinguendum tamen inter judicium *arbitri*, & *judicis*. Hoc neque populo neque Regi competit, cùm facultas judiciorum ſe tantum exſerat in ſubditos. Rectè ergo argumentatur cum Grotio à defectu legislatoriæ Majeſtatis ad defectum judiciariæ. Illud verò, nempe judicium arbitri, locum habere tamen poteſt.

## *AD LIB. II. CAP. VIII.*

L. I.

J*Cti Romani*. Quos licet refutet in integro capite Grotius, non tamen ipſi videntur refragari, modo rectè intelligantur.

§. 2. *Piſces*. Licet illa quoad hodiernam conſuetudinem vera videantur, res tamen aliter olim apud Romanos ſe ſe habebat. *Puffendorffius* diſtinguit inter piſces, qui in *piſcina*, & illos, qui in *ſtagno* ſunt. Illos dicit à nobis eſſe occupatos, quia injecti; hos non, quia nati ſunt in ſtagno. At verò in piſcina etiam naſcuntur piſces: quomodo ergo differunt piſcina & ſtagnum?

§. 3. *Amittuntur*. Hæc argumentatio non procedit contra veteres Juriſconſultos, qui non ſtatuerunt, feras ideo naturali libertati reſtitui debere, quia non amplius ſunt in noſtra poteſtate. Sed cum hæc conjectura plerumque obtineat, maluerunt generali potius deciſione definire caſus plerumque contingen-

tes, quàm eos, qui raro eveniunt, decidere. l. 11. ff. de R. J. l. 5. princip. ff. de A. R. D.

§. 6. Fundamentum hujus §. eſt in l. 1. & 3. ff. de A. vel A. P. Quidam etiam diſtinguunt inter acquiſitionem derivativam & originariam ita, ut in hac, non in illa ſtatuant notationem oculi ſufficere.

§. 7. *Theſauris.* Cùm Juriſconſultis Romanis hæc non pugnant, quod patet ex l. 31. de A. R. D. & l. 44. de A. vel A. P. quarum legum collatio oſtendit, ejuſmodi theſaurum, cujus dominus ignoratur, haberi pro derelicto, & propterea naturaliter inventori concedi debere. Quæ verò circa ſpeciales circumſtantias fit determinatio, illa eſt ex Jure Civili.

§. 9. Vid. *Grotium* l. 2. c. 4. l. 2. §. 4.

*Inſula.* Non valet conſequentia ab *inſula* in flumine natante ad naturam *riparum*; uti nec fluminis & loci eadem eſt ratio; quia flumen non ita cohæret cum fundis privatis, ſicut alveus, ſed ſuâ naturâ publicum eſt.

§. 10. Vid. *Grot.* l. 2. c. 4.

*Inundatione.* Qualem Juriſconſulti Romani intelligunt, ubi tota ſubſtantia ita eſt mutata, ut ex agro fiat alveus mutuus, ſic, ut ager coli amplius non poſſit.

§. 12. Vid. *Grot.* l. 2. c. 3. 16. 17.

§. 19. *Species.* Videndum eſt, an ſpecificans ſciverit, alienam eſſe materiam, unde ſpeciem produxit, an ignoraverit. vid. *Feldenus* hîc.

§. 21.

§. 21. *Non naturali.* Omnino naturale eſt, licet ex facto profluat, quando res minima accedit majori.

§. 25. Vid. *Grot.* l. 2. 6. 1. 2.

§. 26. Vid. *Grot.* l. 2. 2. 22.

## AD LIB. II. CAP. IX.

### §. 1.

T*Acitè.* Nudis animi actibus, nempe per ſigna non judicatis externa. Vid. *Grot.* l. 2. 4. 5.

§. 4. *Pauci.* In quibus reſiduis, etiam duobus vel tribus, jus populi totum manet.

§. 6. *Spiritus.* Quem per analogiam elegantem hîc Grotius fingit, utpote qui corporis compagem non ex propriis tantum partibus, ſed diſtantibus conſtantem, conglutinet.

§. 7. Vid. *Grot.* l. 2. 16. 26. 1.

§. 8. Vid. *Grot.* l. 1. 3. 7. l. 2. 14. 10. l. 3. 8. 4.

*Forma.* Quæ ſi poſt multos bene annos mutata, populus neque phyſicè neque moraliter eſt idem.

§. 11. Hunc integrum §. in gratiam Pontificis Romani, & Gallorum, apud quos degebat, Grotius, meliora edoctus, inſeruit. Neque enim imperium Romanum, quod per Gothos, Longobardos & alios populos fuit extinctum, manſit; neque Galli ullum jus poſſunt ſibi in imperium Germanicum propter Carolum M. attribuere, quod Ludovicus Germanicus à cor-

corpore Gallico pleniſſimè ſeparabat. Neque Pontifex Romanus ullam poteſtatem in Germaniam ſibi adjudicare poteſt: ſive vacet imperium, ſive abſit imperator. Vid. *Conring.* de imp. Rom. German. c. 12. it. *Limnæus* in additionib. ad l. 1. c. 4. n. 24. ſeqq. tom. 2. & 5.

## AD LIB. II. CAP. X.

### §. I.

O*Bligatio.*] Hactenus Grotius egit de *dominio*, ſive jure in re, vel jure originario vel derivativo, quod in perſonam vel rem acquiritur. Sequentibus nunc capitibus, nempe à cap. 10. usque ad c. 21. incluſivè agit de jure ad rem, ſive de obligatione, quæ ratione dominii, vel ex dominio oritur. Vid. *Simonis* elegans Diſſertatio, quæ eſt IX. in tom. 1. præſidii Academici.

§. 8. *Vendidit.* Sit iſte caſus: Equus Mævio eſt ablatus furto, & Sempronio, in bona fide conſtituto, triginta thaleris venditus. Sempronius, vitii ignarus, Titio vendit equum 50. thaleris. Hinc audit Mævius, Sempronium vendidiſſe equum, ſibi furto ablatum. Titius emtor equum jam ad diſſita loca deduxit, unde vindicari nequeat. Fur pariter diſceſſit, *ita* ut actio perſonalis contra illum non poſſit inſtitui. Interim in damno Mævius hæret, & Sempronius in lucro. Quod enim ultra pretium conſecutus eſt, hoc lucrum eſt. Hinc

Sem-

Sempronius conveniri poterit, ut 20. thal. Mævio reſtituat; licet equum titulo quæſiverit oneroſo, ac bona fide v. *Franzius* Lib. 2. Reſol. 8. n. 12. Carpzov. pr. Crim. qu. 87. n. 71.

§. 9. *Negotia mea.*) Actio negotiorum geſtorum tacito nititur pacto, quod æquitati naturali valde congruit.

§. 10. *Venditori.*) Adverſus quem tamen regreſſum habet. Vid. *Puſend.* 4. 13. 14.

## AD LIB. II. CAP. XI.

### §. III.

P*Olliceri.*) Qui promittit, vult quidem obligari, ſed ita tamen, ut illi, cui promiſit aliquid, jus non det ad exigendum, tanquam rem debitam. Sic e. g. promiſſio eſt imperfecta, quando Princeps miniſtris, quando pater filio aliquid promittit. Pater quidem & Princeps obligantur ad præſtandum quod promiſerunt, miniſtro tamen & filio jus deeſt exigendi. Formula hujuſmodi mancæ promiſſionis hæc plerumque eſt: Ego ſerio tibi hoc vel illud deſtinavi, vel volo, ut hac in re mihi fidem habeas; quæ obligatio ex lege *veritatis* potius, quam ex lege *juſtitiæ* ſervanda. Mavult enim talis promittens propriæ virtutis impulſu facere officium, quam propter jus alterius. Generoſus animus, qui promiſſione utitur imperfecta, nec vult nec poteſt cogi. Vid. *Puffend.* 3. 5. 6. & 7.

§. 4. Vid. *Grot.* 2. 16. 27. 2.

§. 5. Vid. *Grot.* 3. 23. 3. l. 2. 2. 5. l. 2. 14. 2. 2.

§. 6. Vid. *Grot.* l. 2. 13. 4. 1. l. 23. 3. 4.

§. 7. Vid. *Grot.* l. 2. 12. 10. l. 2. 17. 17. l. 3. 19. 4 l. 2. 13. 14.

§. 8. *Metus.* Qui eſt vel juſtus vel injuſtus. Quod ſi *juſtus*, promiſſum ex parte & promiſſarii & promittentis caret omni culpa: ſi verò *injuſtus* promiſſor quidem præſtet, ut appareant promiſſa, ſolvatque, ex gr. latroni, vi extortam pecuniæ ſummam, at exceptione quod metus causâ, contra promiſſarium agat. Contrarium ſtatuit *Puffendorffius* l. 3. 6. 12. cui reſpondet *Uffelmannus* eleganti tractatu de jure, quo homo homini in ſermone obligatur cap. 7.

§. 8. v. *Grot.* l. 2. 11.

§. 9. Vid. *Grot.* l. 2. 5. 10. 1. Puffend. l. 3. 7. 8.

§. 10. Vid. *Grot.* l. 2. 10. 12. l. 2. 12. 8.

§. 11. Vid. *Grot.* l. 2. 4. 3. l. 2. 6. 1. 1.

§. 12. Vid. *Grot.* l. 3. 22. 4. *Puffend.* l. 3. 9. 2.

§. 13. *Singuli.* Ratio utilitatis æſtimanda eſt ex utraque parte.

§. 14. Vid. *Grot.* l. 2. 3. 6.

§. 18. *Promiſſione.* Cujus alter eſt *ſubjectum*, & alter *finis*; ut tutor, & pupillus; vel cujus promiſſionis alter eſt *inſtrumentum* tantum, non autem ſubjectum, neque finis, ut mandatarius. Hæc enim cautè diſtinguenda.

§. 22. Vid. *Grot.* l. 2. 15. 3 3.

AD

Digitized by Google

# *AD LIB. II. CAP. XII.*

## §. I.

ADhibet hîc Grotius novos terminos, qui naturam contractuum reddunt modo obſcuriorem. Præſtat ergo illis uti, qui in jure docentur civili. Vid. *Puffend.* l. 5. 2. 6. 8.

§. 8. *Æqualitatem.* In qua non minus, quàm in libera diſpoſitione natura contractuum conſiſtit.

§. 10. Vid. *Grot.* l. 2. 11. 7. l. 2. 17. 19.

§. 13. *Commodati.* Ad quem res pertinet, ad eum naturaliter ſpectat periculum; nec commodatarius tenetur rem reſtituere commodanti, niſi ſuâ amiſſam culpâ, licet contrarium hîc ſtatuat Grotius.

§. 14. *Pretiis.* Quæ ſunt vel *vulgaria*, vel *eminentia.*

§. 15. Vid. Grot. l. 2. 6. 4. 1.

*Traditione.* Ante hanc emtorem non fieri dominum contra Grotium ſtatuit Kulpiſius. Sed diſtinguendum inter *dominium* & *poſſeſſionem.* Ante rem traditam emtor non fit poſſeſſor, emtæ tamen rei ſtatim fit dominus.

§. 16. Vid. Grot. l. 2. 2. 2. 24.

§. 18. *Locatione.* Si planè inquilinus nequeat ædibus uti, vel colonus immenſum ſentiat damnum, æquitas utique remittit pretium: quippe ubi non adeſt res integra, quæ in ejusmodi ſpectatur contractu, ceſſabit ipſe contractus, niſi levamen tum ſentiat conductor.

§. 19.

Digitized by Google

§. 19. *Integrum.* Æquitas hîc requirit aliud, & minui aliquid debet de ſolido. Vid. *Puffend.* l. 5. 6. 4.

§. 20. *Uſuræ.* Quæ pro ratione circumſtantiarum, ex quibus menſuram capiunt, vel ſunt laxandæ, vel reſtringendæ, vel planè inhibendæ, cùm intrinſeca & univerſali non laborent pravitate, nec uſurarum uſuræ ſint naturali jure illicitæ. Vid. *Puffend.* l. 5. 7. 9. Conferantur *Salmaſius*, *Kloppenburgius*, *Gronovius* & *Schookius* de uſuris. *Carpzovius* Juriſprud. Conſiſt. *l.* 2. *tit.* 20. def. 319. *Gailius* l. 2. obſ. 9. & ſeqq.

§. 25. *Admiralitate.* Vid. *Marquardus* de jure mercaturæ l. 3. c. 4. Conf. *Weitſius* de Avaria, cum obſervationibus Simonis à Leuwen.

§. 26. *Circumvenire.* Licet jure naturali exigua læſio neque querelam neque reſciſſionem patiatur; illa tamen magis ex circumventi & læſi facultatibus, quàm ex *læſionis* pretio minimo æſtimanda eſt.

## AD LIB. II. CAP. XIII.

### §. I.

*Juſjurandum.* Quo veluti monetâ publicâ utendum perverſè conſuit Philippus rex Macedonum pro regum regnorumque commodo, & utili colenda amicitia, non honeſta.

§. 6. *Licita.* Juramentum illicitum eſt ſervandum, ſed de re illicita ſervandum nunquam.

§. 10. Vid. *Grot.* l. 2. 20. 45. 2.

§. 11.

Digitized by Google

§. 11. *Res aliæ.* Per quas propriè non juratur, nec juramentum præſtatur, ſed obteſtatio potius quædam fit. Sic e. g. quando Joſephus jurat per vitam Pharaonis, idem vult dicere, ac quàm carus mihi eſt Rex Pharao, tam ardenter illud exequi volo. Habet tamen hæc obteſtatio vim obligatoriam.

§. 12. *Deferre.* Quod poteſt omnino fieri ex cauſa gravi. Si Turcæ, ex. gr. deferatur juramentum, peccatum hic eſt per accidens omne.

§. 14. *Deo ſimul & homini.* Deo, non ut teſti, cùm nulla obligatio teſti acquiratur, ſed, ut vindici, juratur, qui perjurium, quod ejus in terris vicarius Princeps vel ignorat, vel notum non punit, ſi non in hac, certè in altera vita vindicabit. Eſt itaque obligatio Deo ex delicto, homini ex contractu.

§. 17. *Heredem.* Qui omnino quoad *efficaciam* juramenti, non quoad *vinculum*, obligatur. Juramentum enim ex parte ſolius jurantis eſt *perſonale*, ex perſona autem, cui juratur, *reale*.

§. 19. Vid. Grot. l. 2, 12, 12, 2.

§. 20. Vid. Grot. 2, 11, 3, 4.

§. 21. *Non eſt jurandum.* Scilicet non temere, nec facile. Juratur Deo ſoli juramento *aſſertorio*, per alias verò res juramento *promiſſorio*. v. elegans Conſ. *Zolli* Diſp. von Cavaliers Parole.

## AD LIB. II. CAP. XIV.

### §. I.

Omnes fere interpretes in hoc capite à Gro-

tio diſſentiunt, vix tamen unus mentem ejus eſt aſſecutus, excepto illuſtri *Conringio* in libro nunquam ſatis laudando de Finibus Imperii cap. 19. n. 8. vid. Grot. l. 2, 4, 2, 3, l. 2, 14, 3.

§. 2. vid. *Grot.* l. 2, 6, 4, 11.

*Conſtitutus.* Sic enim populus rege ſuperior eſt, quando actus regis, legibus, ipſi præſcriptis, contrarios, reſcindit.

§. 3. vid. *Grot.* l. 2, 14, 14.

§. 4. vid. *Grot.* l. 2, 11, 4.

*Sine cauſa.* Sufficit enim, contractus ſubſtantialia adeſſe.

§. 6. vid. *Grot.* l. 2, 11, 3, 4.

*Contractu.* Quoniam princeps contrahit, ut pars communitatis, vult etiam, ut pars communitatis, ſe obligare. Iniquum enim foret, ſi ſecundum leges contrahens civiles, ex iſtarum nexu aliter ſe expediret.

§. 7. vid. *Grot.* l. 1, 1, 6. l. 3, 19, 17.

*Supereminentis dominii.* Princeps eo ipſo, dum contrahit cum privato, non amittit ſupereminens dominium, in quam ſententiam inclinare videtur Conringius; niſi eodem velis modo dicere, ſubditum eo ipſo, quo contrahit cum Principe, deſinere eſſe ſubditum. Nec facile ad jus ſupereminentis dominii confugiendum, niſi vel publica urgeat utilitas vel inevitabilis neceſſitas, & compenſatio fiat. Sic ex. gr. diruantur horti alicujus civitatis, Princeps damnum reſarciat in tantum, ſi non in totum. Interim negari non poteſt, qui auferre poteſt jus *in re*, poteſt etiam auferre jus *ad rem*.

§. 8.

§. 8. *Subditorum.* Quidni etiam in exteros, in territorio Principis commorantes? Sic Angliæ Regina Eliſabetha exterorum quorundam detinuit naves, iisque uſa eſt contra Hiſpanos. Grot. 3, 20, 9. l. 2, 20.

§. 9. [illegible]

*Hiſtoria.* Sic in Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ eſt contractus cum Regibus Galliæ & Sveciæ, ſimulque lex fundamentalis noſtri imperii.

Vid. Grot. l. 2, 21, 19.

*Succeſſores.* Intricatam doctrinam, & quam confusè juris interpretes tradunt, Grotius proponit clarè, quem Zieglerus hîc non ſatis intellexit.

§. 11. *Directè.* Quia jus regnandi non ab antecessore, ſed populo immediatè accipiunt. V. Grot. l. 2, 7, 9. l. 2, 5, 24, 2. l. 3.

§. 12. V. Grot. 2, 6, 27. ſſ. l. 2, 6, 3. ſſ.

*In infinitum.* Non in infinitum laxanda media, ſed in quantum conducunt ad finem. Et Principis nomine indignus, qui civitatem obligat in infinitum.

§. 13. V. Grot. l. 2, 6, 12.

§. 14. V. Grot. h. l. 6, 8. l. 2, 14, 15. l. 2, 10, 2.

## AD LIB. II. CAP. XV.

§. III.

Vid. Gr. l. 2, 20, n. 2.

§. 5. *Juris naturalis.* Licet Pufendorfius

iſta improbet fœdera, quæ jure naturali confirmantur, quaſi contra ipſius eſſent reverentiam: Grotio tamen hîc aſſentiamur potius, cùm duo vincula magis ligent & ſtringant. *Grot.* 2, 2, 13.

§. 6. *Vid.* hîc *Armacanum* Epiſcopus Yprenſis in quarte gallico: item Octavius *Cacheranus*, cujus verum nomen eſt Janſenius. Add: *Limnæus* ad Cap. Carol. V. *Art.* 11.

§. 7. Vid. Gr. l. 2, 29, 48.

*A vera religione alieni*. Per ſe non eſt illicitum pangere fœdus cum infideli, ſed ex accidenti. Cœterum cum *atheo*, qui civitate ejiciendus, incedendum eſt cautè. Vid. *Oſiander* hîc, qui tamen ſæpe ſine ratione culpat Grotium.

§. 9 Vid. Grot. l. 1, 2, 8, 9, Conf. Seldenus l. 6, 13.

§. 10 *Prohibita*. Non qualecunque commercium, ſive conſortium, eſt prohibitum, ſed illud ſaltem, ex quo periculum metuendum in religione.

§. 11 Vid. *Grot.* l. 1, 2, 4, 3. 1. Cor. 5. 10.

*Contagium*. Sic Judæi in ſeparatis vicis & ſuburbiis Romæ, & in aliis quibusdam civitatibus debent habitare. Quamvis, ubi ſincerè vera docetur religio & colitur, ſit metuendum nihil.

§. 12 *Poteſtate*. Quâ qui pollet magnâ, Deo poteſt ſervire magis, quàm ſortis qui eſt infimæ, nulliusque autoritatis & poteſtatis homo.

*Hoſtes Chriſtianorum* vid. *Bœclerus* de Paſſagiis. it: Jacobus *Bongarſius*, qui elegantem conſcripſit librum de expeditionibus Chriſtianorum contra infideles, cujus titulus: *Geſta Dei per Francos*.

§. 13. Vid. *Grot.* l. 2. 3, 23, 2. l. 2, 25, 4. l. 2, 12, 15, 2.

Plu-

*Pluribus.* Quis ex illis juſtam vel injuſtam belli cauſam habeat, non eſt fœderati, judicare, quippe qui non ex cauſa juſtitiæ, ſed ex conventione obligatur. At verò ſi bellum fœderati notoriè eſt injuſtum, bellum non eſt, ſed latrocinium.

§. 14. *Renovatum.* Cum fœdus omne aliquid habeat onerosi.

§. 16. *Sponſionibus.* Quibus ſummi quidem imperantes inſcii non tenentur, quod ſi tamen in utilitatem eorum cedunt, generoſius faciunt, ſi illas approbant. V. *Grot.* 3, 2, 6. l. 3, 11, 18, 1.

## AD LIB. II. CAP. XVI.

### §. I.

TAm accuratè hanc materiam pertractat Grotius, tamque ſufficienter, ut diligentiſſimus Puſendorffius nihil fere potuerit addere. Junguntur Stephanus *de Federicis* de interpretatione legum: Cardinalis *Mantica* de tacitis interventionibus: & Simon de *Pratis* de interpretatione ultimarum voluntatum.

§. 12. Vid. *Grot.* l. 2, 7, 30, 2, l. 1, 2, 7, 6.

§. 14. Vid. *Grot.* l. 2, 15, 7, 2.

§. 16. Vid. *Grot.* l. 2, 9, 8. Propoſitam hîc doctrinam minus prudenter impugnat *Oſiander*.

§. 24. Qui planè hîc omiſſus. Ita verò illum in pauca contrahit *Schefferus.* Licet verba pateant latius, ea tamen ultra ſubſtratam materiam, de qua loquens & ſcribens præcipuè agit, non ſunt extendenda.



Digitized by Google

§. 26. Vid. *Grot.* l. 2, 10, 1, 4.

§. 29. *Quæ vetant.* Sic vetans lex est: Nihil mali committas; jubens est: Obedias parentibus. Si igitur parentes aliquid mali præcipiant liberis, vetans lex [illegible].

§. 31. *Jure Romano.* Quatenus quodlibet [illegible] ptum obligat. Alias non [illegible] ris Rom.

§. 32. Vid. *Grot.* [illegible]

*Verba.* Quæ intelligenda sunt in favorem non dicentis, sed [illegible], quia dicens verba aliter poterat proferre, ne in ejus vergerent damnum.

## AD LIB. II. CAP. XVII.

DOctrina hujus capitis uſum habet inſignem in Theologia, ad decidendos conſcientiæ caſus plures, & ad æſtimandum delictum.

§. 1. Vid. *Grot* l. 2, 1, 2, 1. it. l. Aquil. de damno inj. dato.

§. 2. *Vita.* Cujus homo non eſt Dominus, ſed eam debet tamdiu cuſtodire, quam diu id vitæ autori placet.

*Aptitudinem.* Quomodo hæc à jure proprio ſtrictè ſic dicto, ſive à juſtitia expletrice, bene diſtinguenda ſit, v. ſupra *Grot.* l. 1, 1. it. 1, 4. ubi

Digitized by Google

bi fundamenta hujus doctrinæ traduntur.

§. 4. Vid. Grot. l. 2, 4, 10. l. 2, 10, 2, 1.

§. 5. [illegible] Reſpiciamus, uti Grotius ipſe loquitur, propinquitatem ad actum, prout nempe utilitas, vel ſpes utilitatis, remotior fuerit, vel propinquior.

§. 6. Vid. Grot. l. [illegible]

§. 10. [illegible] Diſtinguendum tamen hîc inter actus dividuos & individuos. l. 15. §. 2. ff. quod vi aut clam. l. 22. 69. ff. de furtis. l. 51. §. 1. ff. ad L. Aqu.

§. 13. Vid. Grot. l. 1, 2, 4, 1.

§. 17. Vid. Grot. l. 2, 11, 7, 12. l. 2, 12, 10.

§. 18. Vid. Grot. l. [illegible]

§. 19. Vid. Grot. l. [illegible]

§. 21. Conf. *Pufend.* l. 3, 1, 6.

§. 22. *Vitioſi.* Actus vitioſitas ipſum reſpicit peccantem, & eſt contra juſtitiam univerſalem: ſed effectus eſt læſio alterius, & eſt contra juſtitiam particularem. Conf. *Grot.* l. 2, 12, 17.

## AD LIB. II. CAP. XVIII.

Hic Grotius incipit agere de jure gentium *voluntario.*

§. 1. *Legationum jure.* Quod Pufendorffius ex jure Naturæ mavult deducere. Verum aliud eſt, jus legationum fundatum eſſe in jure naturæ, aliud, inducere obligationem, quæ non ex jure naturæ, ſed ex jure Gentium propriè venit. Præcipit quidem Jus naturæ, neminem eſſe lædendum; at legatorum, etiam ab hoſte



Digitized by Google

ab hoste venientium, & forte perpetratâ injuriâ etiam hostilia denunciantium; ut sit singularis solennia ac praecipua quaedam securitas, non juri naturae, sed arbitrario gentium, utique est accepta ferenda. [illegible] Rachelium in tractatu de jure naturae & gentium §. 104. cujus etiam exempla ex veteri & nova historia ibidem legenda. Add. [illegible] in praefat. lib. de legationibus [illegible]li. Wicquefort de l'Ambassadeur & de ses fonctions.

§. 2. Vid. [illegible]

§. 3. *Reſidentes.* Quos ex adducta [illegible] non [illegible] in ratione Poloni aegrè admittunt. Interim uſus gentium moratiorum aſſiduas etiam legationes ſtabilivit.

§. 4. *Delictum.* Legatur, & legatus liber Richardi *Zouchaei*, juriſconſulti Oxonienſis, de legato delinquentis judice competente, cum notis Chriſtiani Henelii. Vid. *Grot.* [illegible] 6 [illegible]

§. 8. *Aſylum.* Quod univerſali gentium jure non videtur conceſſum, ſed jure pactum peculiari. Romae de hoc diſputatum, praecipuè à Gallis.

## AD LIB. II. CAP. XIX.

J*Uris Gentium.* Ad quod rectius refertur jus ſepulturae, quàm ad *humanitatis* jus, ut volt *Pufendorffius*, quia officia humanitatis latè nimis extendun-

tenduntur. Vid. Phil. *Alex. ab Alex.* l. 3. genialium dierum cap. 2. *Gutherius* de jure manium. *Kirchmannus* de funeribus Romanorum. Andreas *Aluareſius* & [illegible] Bernardus *Moſernis Beſoldus*, Jungatur Tract. de Religioſis ... de cadaveribus punitorum. It. *Faber* in Semeſtri l. 2. c. ... Conf. *Grot.* l. 2. c. 19. 21.

§. 4. *Lex Hebraica.* A Ex quo ... non poteſt peti. Nam Brilla ſuas habet exceptiones, cùm maximam partem fuerit hoc quoque in negotio ceremonialis. Vid. Zepperus de Legibus Moſaicis l. 5. c. 7.

§. 5. *Puniendi.* In aliorum veterrorem vel exemplum cadavera vel inſepulta vel rotæ affixa relinqui poſſe, graves Theologi & Juriſconſulti ſentiunt. v. L. 17. C. de pœnis. L. 9. C. de hæret.

§. 5. *Se ipſos interficientes.* Leg. D. Auguſtinus de civitate Dei l. 1. c. 17. ... Balthaſ. *Gomeſii* I.C. Toletani liber, Panormi editus, anno 1610. de poteſtate in ſeipſum. *Seldenus* 4. 1. *Thomas* ſecunda ſecundæ quæſt. 64. artic. 5.

§. 6. Vid. *Grot.* l. 2. c. 12. 20. & 9.

## AD LIB. II. CAP. XX.

DE pœnis ſcripſerunt *Althuſius* & *Beſoldus* it. *Rachelius*, cujus erudita diſputatio legi meretur. Grotius licet ſolide hac in materia incedat & doctè, multa tamen non probanda admiſcet. Vid. *Ziegler.* in paſſim ſuo ad h. caput.

§. 2. *Malum.* Quod hic intelligitur phyſicum

[illegible] infligendum propter malum morale.

*Albinus.* Vid. tamen *Ziglerum* hîc, qui diverſam tuetur ſententiam.

*Licentiâ.* Grotius per integrum caput defendit hanc hypotheſin, minus tamen rectam, pœnas eſſe juris naturalis *permittentis*, non *præcipientis.*

*Jus puniendi.* Quod duplex eſt, & conſiſtit in reparatione damni & pœna. Non enim [illegible] ſolum debet reſtituere ablatum, ſed reipublicæ quoque ſatisfacere, cujus neglexit legem.

§. 3. *Res vero non determinatur.* Grotio hoc non eſt concedendum. Vid. *Ziegler.* hîc.

*Cui veniam.* Hoc neceſſarium eſt.

*Simili ſpecie.* Neque hoc admittendum. Sit enim e. g. Judex crimine pollutus, qui reum damnat, ſecundum leges ipſi præſcriptas: rectè facit, dum eum punit, non tanquam qui eſt ipſe facinoroſus, ſed tanquam judex.

§. 4. *Sine laude.* Ponamus enim, aliquem pœnam promeruiſſe, qui multis clarus eſt meritis: [illegible] eſt ut [illegible] condonet Princeps.

§. 5. *Juri Naturali.* Vindictæ cupiditas eſt tantum ex primis naturæ.

§. 6. *Utilitas pœnæ.* Vid. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 14. C. de Pœnis. Junge *Ziegler.* hîc.

§. 7. *Cujus vis.* Pœna propriè dicta à nullo privato, ſed à ſuperiore debet infligi.

§. 8. *Vindictam.* Periculoſum eſt, admittere privatam vindictam, quam jus etiam prohibet naturæ. Natura quidem permittit, ut quilibet inno-

innoxiam quærat ſecuritatem, at privatus privatum cogere non poteſt, & eum lædere deſinat, cùm hoc iſti competat ſolum, cui à Deo datus eſt gladius. Vid. *Grot.* 1,3,1,2. l.2,5,5. Jungatur *Becler.* 4,4.

§. 9. *Hebræos.* Vid. *Seld.* [illegible] Exempla, hic à Grotio adducta, non ſatis quadrant. Nam Phineas non erat perſona merè privata. Nec jus pœnæ infligendæ tam latè extendendum.

§. 10. *Lege Evangelica.* Errat autor ſolitos ſuos errores, quando non ſolum novam quandam ſanctimoniam ex novo Teſtamento deducit, ſed multa quoque inſerit, quæ accuratam limam theologicam non ſuſtinent. Vid. *Ziglerum* & *Oſiander.* h. l.

§. 12. Vid. *Grot.* [illegible]

§. 17. Vid. *Grot.* 2,1,14. Conf. Selden. 4,3.

§. 18. Vid. *Calixt.* Theolog. moral. p. 77. Conf. *Groti* 2,4,3. l.2,8,1. l.2,20,9,30. l.2,22,5. Leg. *Tabor.* differt. de conatu.

§. 19. Vid. *Pufendorf.* 8,3,4. *Ziegler* h. l.

§. 20. Vid. *Feldenus* h. l.

§. 24. Vid. *Grot.* 2,4,[illegible] l.2,14,9.

*Legem tollere.* Nam, qui condit legem *univerſis*, condit etiam *ſingulis*.

§. 25. *Durior.* Præſtat tamen legem talem fieri, ut non amplius poſſit appellari dura.

§. 27. *Relaxationibus.* Si quis per ignorantiam vel culpam peccat, illi pœna ordinaria remittitur, non per modum relaxationis, ſed per

inter-

interpretationem æquam.

§. 28. *Meritum.* Sive culpam.

*Propoſiti.* Cum ſpectanda ſit cauſa tam impulſiva, quam finalis.

§. 32. Vid. *Grot.* 12, 5, 18. l. 2, 1, 14.

§. 33. Vid. *Puffend.* 8, 3, 24.

§. 38. *Pœna.* Licet damnum in bellis vindicetur, & cauto de non amplius offendendo præſtetur; Rectius tamen hæc bella dicuntur *vindicativa*, quam *punitiva*. Interim tamen negari non poteſt, effectum pœnæ hic ſubeſſe. Vid. *Grot.* 2, 1, 2. 1.

§. 39. Vid. *Grot.* 12, 6, 4. l. 2, 2. 16.

§. 40. Quamvis honeſtum ſit, ſuccurrere oppreſſis, periculoſum tamen eſt nimis, aliorum, qui eos non tangunt, injuriam acceptam vindicare. Grotius etiam hanc hypotheſin non ſatis idoneis exemplis confirmat.

§. 43. Vid. *Grot.* 3, 11, 4, 5. l. 2, 23, 13, 5.

§. 44. Licet Grotius hîc cœpit in genere, multa tamen affert egregia.

*Religionem.* Quæ tamen armis nullo eſt modo propaganda, licet ſocietatis ſit vinculum.

§. 45. Quæ hîc à Grotio afferuntur, paulo ſunt longius petita.

*Veram.* Non tamen ſimpliciter.

*Unum.* Dei unitas non tam clare cognoſcitur ex jure naturali, quam ex verbo divino revelato, cui non repugnat Trinitas.

*Notionibus.* Nullas eſſe validas pro Atheiſmo notiones vel rationes, eleganter urget *Paſcalis* in ſuis

ſuis meditationibus.

§. 46. *Deum eſſe.* Nullum nobis inde periculum naſcitur, ſi Deum eſſe credimus. Contra, maximo nos exponimus periculo, ſi eum non credimus. Vid. ingenioſiſſimus *Paſcalius*.

§. 47. Exempla, hic à Grotio adducta, non ſunt excluſiva, neque reſtrictiva, quod in his & non aliis defectionibus pœna mortis locum habere nequeat. vid. *Selden.* 2. 1.

§. 48. *Quæ divina.* Ut convertamur, Dei eſt; ne convertamur, noſtrum eſt. Fides eſt quidem donum gratuitum, quam qui amplecti nolunt, cogi non poſſunt: Dei interim gratia manet univerſalis.

§. 49. Vid. *Pufend.* de habitu religionis Chriſtianæ ad vitam civilem.

§. 50. Cautè, quæ Grotius in hoc & ſubſequenti §. adducit, debemus interpretari. Religio enim multis habetur prætextus, uti docent effectus inquiſitionis crudele.

## AD LIB. II. CAP. XXI.

### §. I.

Hujus Capitis duæ ſunt partes: *Altera* pars agit de pœna, quomodo tranſeat *cum* delicti communicatione à §. 1. usq; ad §. 8. incluſivè: *Altera* pars agit de pœna, quomodo tranſeat *ſine* delicti communicatione à §. 9. usque ad §. ult.

§. 1. *Delicti.* Qui delinquit, ſive aliquid mali committit, tenetur ad pœnam.

*Vetare.* Sic omnes aliorum Rectores æquitate

Digitized by Google

tate prorſus generali, quia [illegible] impe-
diant, quod impedire [illegible] debuerant, pu-
[illegible]. At vero nervus deciſionis eſt in [illegible]
[illegible] qui ſciunt [illegible]
[illegible] cum poſſe & debere [illegible]
[illegible] Hic, [illegible]
[illegible] quia [illegible]
[illegible]
do ſunt notoria in omnium oculis & [illegible]
[illegible] ſe
[illegible]
[illegible] Vid. Grot. [illegible]
[illegible] á Grotio in [illegible]

§. 3. *Recipere* [illegible] Sicut in ſingulis civi-
tatibus [illegible]
[illegible] datur aliquid damni [illegible] quod [illegible]
[illegible] populum [illegible] quæritur quando Danus
peccavit in Svecia [illegible] puni-
[illegible] Teneatur [illegible] Danus ut reparet
damnum [illegible] vel Rex Daniæ puniat ipſe læden-
tem, vel dedat Sveciæ Regi. Alterum enim ſuf-
ficit. Vid. *Grot.* [illegible]

§. 4. *Civitatis jus* [illegible] Quæritur [illegible] aliquis con-
tra Rempublicam alienam [illegible] ſuæ ci-
vitatis jus amittat vel retineat? Reſpondet
Scævola juriſconſultus, illum Civitatis jus amit-
tere; cum pro illo habeatur [illegible] civitas igne
& aqua interdixit. At *Cicero* & [illegible] ſtatuunt
contrarium, hoc ducti ſimili, non poſſe dona-
tionem eſſe perfectam ſine donatione
& acceptione. Sic enim civitas non alte-
rius

gius Reipublicæ accipit civitatem, retinet ſuam, quam tamen rationem Grotius dicit hîc nullam. At verò nervus deciſionis eſt in voluntate detentis. Nam poteſt civitas ita dedere civem, ut vel retineat jus civitatis vel amittat. Ex circumſtantiis ergo dijudicandum, quousque civitatis voluntas pertingat. Exemplum eſt in *Sparnetto*, ad Batavos, revolutione Angliæ poſtrema, confugiente.

§. *Jura aſylorum.* Quæ non proſunt, nisi innocentibus, hinc moderni, ad Ecclesiam confugientes, minus rectè occultantur, id quod doctè probat allegatus à Grotio in notis *Paulus Vinus van Sirvia*, qui aliàs toto nomine *Sveceus Romanus* ſe vocat, libro valde eleganti & rariori de *Aſylis*, in quo plurima impugnat, quæ Canoniſtæ de jure Aſylorum afferunt, juri naturali & divino contraria. Non ergo in hac aſylorum materia, jus ſequamur Canonicum. Vid. *Rebuff.* & Nicol. Mylerus. it. *Magerus* de Advocatia armata. Conſ. DD. ad tit. C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt. Vid. *Gron.* l. 2. §. 10. it. *Selden.* 472.

*Latrones.* Hac ſola ratione, ut impunitatis fiducia à latrociniis abducantur, ex quo etiam capite non puniuntur, qui Reipublicæ ſe dedunt.

§. 7. Conſ. Grot. l. 2. 26. 3.

*Rectores.* Quibus ſubditi parere non tenentur, ſi contra juris naturalis & divini regulas aliquid imponent.

*Diſſentientes.* Hæc Autoris reſtrictio eſt egregia, diſſentientes in univerſitate peccante

poenam

perſonam, univerſitati infligendam, pati non debeat.

*Quandiu.* Cujus quaſi capitalis pœna eſt, ſi diſſolvitur.

§. 8. Conf. Gronov. 9. 9.

*Merita.* Quæ in collegiis non ſunt perpetua. Licet enim univerſitas Collegiorum ſemper durent, non tamen virtutes, ergo prudentia, eruditio ſolida, perpetuantur. Nonnullis enim Collegiorum membris extinctis, illa quoque extinguuntur.

*Per ſe.* Quatenus eſt.

*Dei.* Cujus dominium ſupereminens in homines latius eſt, quàm hominum in homines.

§. 10. Conf. Grot. 3. 15. 7.

*Liberi.* Qui damnum ſentiunt grave, licet per conſequentiam, ſentiunt, ſi patris à parentibus opibus privantur.

*Alii.* Qui licet in perverſum univerſitatis decretum non conſenſerint, illius tamen damnum ferre coguntur, quando univerſitati privilegia, quibus hactenus fruebatur, adimuntur.

§. 11. Conf. Grot. 3. 2. 1. 4.

*Fidejuſſor,* Qui ex. gr. pro latrone fidejuſſit, non occiditur.

*Damnum.* Quando quis illi, cujus bona fiſco cedunt, vel vi ſupereminentis dominii auferuntur, pecuniam dedit mutuam, propriè non fert pœnam, ſed damnum.

*Propriè non eſt pœna.* Sic enim beſtia, in quam propriè delictum non cadit, propter concubi-

cubitum cum homine) crematur igne, non verè punitur: ſed homo, memoriam admiſſi criminis deleturus omnem, ſuo utitur in beſtias dominio. v. *Seld.* 1, 4. *Can.* 4. cauſ. 15. q. 1.

§. 10. *Alienum.* Quicunque enim non peccavit, non debet etiam puniri.

§. 13. *Liberi.* Nimis dura videtur Grotio Lex Quisquis C. ad L. Jul. Majeſt. v. *Becl.* Inſtit. Polit. p. 125. *Deut.* 24, 16. *Ezech.* 18. 20. 2. *Paral.* 25, 4.

§. 14. *Deus.* V. omninò *Ziglerus* hîc. Conf. *Grot.* 2, 20, 4, 2. *Exod.* 20, 5.

§. 16. *Honores.* Ne anſa præbeatur vindicandi injurias, parentibus ipſorum illatas. Conf. *Grot.* 2, 5, 29, 2.

§. 17. *Subditos.* Niſi quodammodo de principis delicto participent; nec per indirectum, cùm poſſint, malum impediant.

§. 19. Conf. *Grot.* 2, 14, 10. l. 3, 2, 7, 1. l. 3, 19, 5.

## AD LIB. II. CAP. XXII.

PUfendorffius hanc de cauſis *injuſtis* doctrinam Grotianam putat eſſe inutilem, cùm ex *contrariis*, nempe *juſtis* cauſis, facilè dijudicentur injuſtæ. At multa hoc in Capite afferuntur erudita ab Autore.

§. 1. *Juſtitia.* In ore omnium ſanctum juſtumque verſatur: conſilio, conatu agitur ſecus.

§. 5. *Metus.* Conf. *Grot.* 2, 1, 17.

*Arcem.* V. *Gail.* l. 2. O. 69. n. 18. *Limnæus,* l. 4. Jur. Publ. c. 8. n. 213. ſs. *Gellius* l. 7. c. 3.

T §. 6.

§. 6. Conf. *Grot.* 2. 2. 21. 1.

§. 8. Vid. *Seldenus* 6. 3.

§. 9. Vid. *Joſephus de Coſta* libro de procuranda Indorum ſalute, quo Hiſpanos notat.

§. 10. Conf. *Grot.* 2. 20. 9. l. 2. 20. 40. 3.

§. 11. Conf. *Grot.* 2. 1. 14.

§. 12. Conf. *Grot.* 2. 20. 40. 3. l. 3. 7. 1. 1. *Ariſt.* 1. Pol. 1. & 5. it. 7. Pol. 2. quem *Feldenus* in ſuo Commentario defendit.

§. 13. *Orbis imperator.* V. Petrus de *Andlo* l. 2. c. 8. de imperio Germanico. Fuit hic primus, qui in jure publico aliquid præſtare voluit, in quem commentatus eſt Marqu. *Freherus.*

*Hieroſolyma.* V. *Seldenus* 3. 11.

§. 14. *Eccleſia.* Cujus poteſtas merè ſpiritualis. Nullam enim habet illa vim cogendi externè atque violenter. v. M. Ant. de *Dominis* de Rep. Eccleſ. l. 1. c. 2. & 3. Item *Goldaſtus* in tom. 3. de Monarchia S. R. I. paſſim. *Grot.* de mari libero cap. 3. & 6.

*Epiſcopis.* Qui differunt valde ab hodiernis noſtri Imperii Epiſcopis, qui ſimul ut principes jus habent exequendi. Conf. tamen illuſtris *Hugo* in Juriſprudentia publica cap. 1. §. 5.

§. 15. *Vaticiniorum.* Quæ à multis inſulſè explicantur, & collo quaſi obtorto ad hujus vel illius felicioris Principis res geſtas trahuntur.

§. 16. *Ex juſtitia.* Ex contractu, e. gr. ex teſtamento &c. juſtè debetur.

## *AD LIB. II. CAP. XXIII.*

§. 1. *Moralibus.* v. Puf. 1. 2. 9. 1.

*Oportet*

*Oportet.* Ex jure naturali *præcipiente.*

*Medium.* Ex jure naturali *permittente.*

§. 2. *Injuſtum.* Conf. *Grot. 2, 6, 3, 5.* Jung. *Calixti* Theol. Moral. ubi agit eruditè de conſcientia dubia, erronea, probabili. Legendus hîc præcipuè eſt *Montaltius,* cujus verum nomen eſt *Paſcalis,* in literis ſuis provincialibus, quibus peſtilentem eorum taxat doctrinam, qui docent, conſcientiam dubiam uni vel duobus informandam poſſe committi, & quod illis videtur probabile, hoc tuto ſequi, licet metus peccati adhuc ſubſit.

§. 4. *Reges.* V. *Lipſ. 3.* Pol. 2. ſ. Sic Romani ſanctum habebant fecialium Collegium, Judæi Synedrium.

§. 5. *Argumenta.* Tutiora ſunt, qui ex re petuntur ipſa.

§. 8. Conf. *Grot. 1, 2, 9.* v. *Rachel.* de Jure Nat. & gentium §. 119. ſeqq.

§. 10. *Certamen ſingulare.* Quod tamen Princeps, cujus ſalute vertitur populi totius ſalus, evitet. vide *Thuani* judicium de Carolo V. imperatore & Francifco I. Galliæ Rege. Conf. *Grot.* I. 3, 20, 43, 1. ſſ.

§. 11. *Poſſidet.* Repertus enim in poſſeſſione, titulo præſumitur poſſidere bono. v. *Maſc.* Concl. 120. Conf. *Grot. 2, 2, 2.* l. *2, 7, 2, 2.*

*Nequit probare.* Niſi maximè liquida habeat documenta, bellum evitet.

§. 12. *Ambiguum.* Poteſt quis bellum gerere injuſtum, ratione cauſæ, at animo bono, credens bellum eſſe juſtum.

*Diviſionem.* Conſilium hoc videtur elegans, ſed in praxi difficile. Non enim quis obligari ad diviſionem poteſt, ſi totum ad ſe pertinere credit. Exemplum in *Alexandro Magno*; qui Darii Codomanni legatis, partem offerentibus Imperii Perſici, reſpondebat contra mentem Perdiccæ,

§. 13. *Specialis.* Stricta, rigida.

*Juſtitiæ.* Expletrix, congruentia totalis cum lege.

*Ad rem ipſam.* Ad ipſum bellum.

*Injuſtè agunt.* Ex proæreſi nempe, qui differt ab eo, qui agit *injuſta* inconſulto.

*Inevitabilis.* Invincibili, quæ excuſat.

*Bellum.* Quod vix datur ullum, licet graviſſima de cauſa ſuſceptum, ſine caritatis læſione.

## AD LIB. II. CAP. XXIV.

§. 1. Conſ. *Grot. 1,3,2. 1. 2,1,8.*

§. 2. *Pœnas.* Potius vindictam malunt interpretes. Conſ. *Grot. 2,1,9,1.*

*Charitas.* Primum argumentum deſumit ex cauſa *caritatis* Grotius, alterum ex *cura ſui* §. 4. Tertium ex *comparatione boni & mali.* §. 5.

§. 5. *Primo.* Hoc eleganter verſio *Curtini* exprimit. Si la choſe, dont il eſt queſtion, paroit avoir autant de diſpoſition à produire le bien, qu'à produire le mal, il faut s'y arreter, ſi le bien, qu'on en attend, contient en quelque maniere plus de bien, que le mal ne contient de mal.

*Deinde.* Si le bien & le mal, qui peuvent arriver

rivée de la choſe dont il s'agit, paroiſſent égaux, il faut l'entreprendre, ſi la choſe a plus de diſpoſition à produire le bien que le mal.

*Tertio.* Si le bien & le mal paroiſſent inégaux, auſſi bien que la diſpoſition des choſes, dont il s'agit, il faut entreprendre l'affaire, ſi la diſpoſition, qu'elles ont à produire le bien, comparée à la diſpoſition, qu'elles ont à produire le mal, la ſurpaſſe plus conſiderablement, que le mal, comparé au bien, ne ſurpaſſe le bien. Ou (4) Si le bien comparé au mal, eſt plus conſiderable, que la diſpoſition, que la choſe a au mal, comparée à celle, qu'elle a au bien.

*Apparente.* Sic metuendum magis apparens cladis damnum, quàm futura utilitas victoriæ ſperanda. Si ergo Princeps, bella geſturus, inter ſpem metumque dubius eſt, ab armis, quantum poteſt, abſtineat.

§. 6. *Vita.* Quâ ſervire proximo, Deumque laudare poſſumus magis, quàm morte, ſecundum illud pſalmi VI, 6. In *morte recordatio Dei eſt nulla*; non quaſi ſomniet anima poſt mortem, ut garrit Socinus, ſed quia mortuus non poteſt opera divina in cœtu eccleſiæ celebrare, cultum divinum propagare, & ad pietatem exemplo ſuo excitare.

§. 7. *Rex.* Qui non tantum juſtè, ſed prudenter quoque & cautè ſuos debet regere ſubditos, ne ob leves cauſas illos in bellum temerarium det præcipites.

§. 8. *Neceſſitas.* Si pax eſt turpis, vel ſuppoſita cineri doloſo.

§. 9. *Terrore.* Quo hoſtes fortiores ſæpè profligantur.

§. 10. *Adda.* Utinam hæc imis reponerent ſenſibus Principes, qui ex ambitione prorumpunt ad arma.

## AD LIB. II. CAP. XXV.

### §. I.

*Subditos.* Uti paterfamilias ſuæ debet familiæ; ſic Princeps ſuis ſubditis opem ferre.

§. 2. *Omnium.* Ne tamen negligat ſingulos.

§. 3. *Innocens.* Niſi ad rem planè inhoneſtam poſtuletur. vid. *Bœclerus* l. 1. p. 94. ſſ. Item *Con-ring.* diſp. de dominio eminenti.

§. 4. Vid. *Grot.* 2, 15, 13.

*Boni cauſa.* Hoc ſimpliciter non eſt verum, niſi malum appareat planè certiſſimum.

§. 7. *Invaſoriis.* Niſi Reipublicæ valde utilis ſit. vid. *Grot.* 2. 1. 9. 1.

§. 8. *Subditi.* Qui propriè tales.

*Defendi.* Hugonottæ, e. gr. à Gallo expulſi & crudeliter ob religionem habiti.

§. 10. *Stipendium.* Sic contra patriam pugnare non licet, quia vinculum *naturale* eſt magis ſtringens, quàm quod ex ſtipendio venit *adſcititium.* Talis enim peccat bis, cùm non tantum ſuam, ſed hoſtis vitam profundat, injuſtè in bello injuſto.

## AD LIB. II. CAP. XXVI.

§. 3. Vid. *Grot.* 1, 4, 1, 3. l. 1, 3, 9, 1. l. 1, 4, 7, 10. Conf. *Gerhard.* de Magiſtr. n. 398.

*Impe-*

Digitized by Google

*Imperatur.* Arbitrium ſubditorum planè tollit *Hobbeſius*, vultque illos cœco debere impetu pergere.

*Perſvaſum.* Etiam probabiliter. Conf. *Grot.* 2, 23, 2, 1

§. 4. *Dubitabunt.* vid. *Grot.* cit. l. n. 399. Diſſentit *Puſendorffius* 8, 1, 8.

*Tutius.* Quia Princeps, manifeſta, ut vocamus, ſolet publicare, quibus juſtæ belli cauſæ declarantur.

# AD LIB. III. CAP. I.

§. I.

CUi. Nempe lib. 1. Grotius agit de perſonis, qui bellum gerant vel privatum vel publicum. Lib. 2. de *rebus* (*causis*), utriuſque belli, ex jure deductis, tam naturali, quàm gentium. Lib. 3. de Actionibus, ſive *modis* bellandi licitis, honeſtis & chriſtiana charitate temperatis.

§. 2. *Primum.* v. *Grot.* 2. 5, 24, 2. l. 2, 14, 11, 2. l. 2, 5, 5. l. 3, 22, 2. l. 1, 1, 4. l. 2, 1, 3. ff. l. 2, 7, 2.

*Periculum.* Sic vicini domum diruimus, ſi incendio flagrat, ne noſtra flammis abſumatur.

§. 4. v. *Grot.* 2, 1, 4, 2. l. 2, 24, 5. l. 2, 20, 4, 2. l. 2, 21, 14, 1.

§. 5. v. *Grot.* 2, 2, 6.

§. 6. *Dolo.* Qui à Grotio hîc accipitur latiſſimè, & quamcunque veri denotat occultationem.

§. 7. *Licitus.* Si alter non habet jus, ut animi

ſenſa ipſi detegantur: vel ſi prudenti diſſimulatione ſocietatis jura non læduntur.

*Abrahami.* Quod tamen exemplum nonnulli ab omni infirmitate non excuſant. vid. *Uffelmannus* libro toties citato. c. 2. n. 7. & ſ.

§. 8. *Fallatur.* Id quod Curtius verſum vocat une feinte, dont il ne reſulte aucune dommage.

§. 9. *Commercium.* Vid. Grot. 2. 12. 9. & 1. Jung. *Uffelmannus* l. c. cap. 9. toto.

*Stoici.* vid. tamen *Puſend.* p. 466.

§. 10. *Mentiri* eſt fallere ſcienter: *Mendacium loqui* vero eſt, rem dicere falſam, quam veram quis credit. vid. Nicol. *Abramus* Profeſſor Pontamuſſenſis de veritate & mendacio.

§. 12. vid. *Puſend.* 4. 1. 15.

§. 13. *Infantes.* Cui tamen falſa non ſunt perperam dicenda, ne peccemus. Limatius incedit *Puſend.* 4. 1. 8.

§. 14. vid. *Puſend.* 4. 1. 16. *Exod.* 1. 17. & 19. 1. *Sam.* c. 19. ṽ. 20. 28. 2. *Sam.* 17. [illegible] ſſ.

§. 15. Vid. *Puſend.* 4. 1. 17. qui caute & ſubtiliter incedit.

*Joſephus.* Ficto utebatur ſermone, ut fratrum animos exploraret, & ad pœnitentiam duceret.

*Salomon.* Non intendebat mortem pueri, ſed veram matrem ſententiâ detegebat rigidâ.

§. 17. *Perperam.* vid. *Conringii* præfatio præmiſſa tractatui Uffelmanni de jure, quo homo homini in ſermone obligatur: *It. cap.* 13. de reſervationibus mentalibus, *ib.* Jungatur epiſtola 9. *Montaltii.*

§. 18.

§. 18. *Promittentem.* Ex quo jus nobis naſcitur. v. *Grot.* 3, 19.

§. 19. *In ſequentibus.*

§. 20. *Generaliter.* Omne falſiloquium vanum eſt contra juſtitiam univerſalem, & veritatem humilitatem.

§. 21. *Nobis licet.* Conf. *Grotius* 3, ſect. 9. qui medius eſt inter alios & *Pufendorffium* 8, 6, 18.

§. 22. *Offerat.* *Oblata* opera, non *ſollicitata* uti poſſumus.

## *AD LIB. III. CAP. II.*

Generalibus de jure belli gerendi regulis abſolutis, modum belli gerendi demonſtrat Grotius primum ex jure *gentium* externo à c. 2. 9. Deinde ex ſancto jure *Naturæ* à cap. 10. ad finem totius libri. Utramque partem tractat adeo doctè, piè & accuratè, ut ſanctum inducat horrorem. Utinam iſta monita, quæ prudentiſſimus juris naturalis ſacerdos, in altera optimis parte, ex tot præclaris hauſit ſcriptis, potentiorum animis inſcripta eſſent altiſſimè.

§. 1. v. *Grot.* 2, 13, 1. 4. 2, 19, 6. 1. 2, 21, 19. 2. l. 2, 14, 10.

§. 5. *Peregrinus.* Qui non minus ac ſubditus autoritatem rei judicatæ obſervare debet, ſi conſenſit in judicium.

§. 6. v. *Grot.* 2, 15, 10, 3. 1. 2, 21, 11, 2. l. 2, 1, 15.

§. 7. *Civilis.* v. *Mevius* de arreſtis cap. 10. num. 9.

## *AD LIB. III. CAP. III.*

§. 1. Conf. *Grot.* 1, 3, 4, 1.

§. 2. Conf. Grot. 2, 18, 2, 3. l. 2, 19, 5, 1, ſſ.

§. 4. Conf. Grot. 1, 3.

§. 6. Conf. Grot. 2, 7, 8, 1. l. 2, 21, 4, 1. ſſ. Deut. 20, 10. ſſ. Seldenus 6, 13. p. 108.

§. 7. Conditionalis.] Non ſtatim conditionalis eſt denunciatio, ſi tacita exceptio adeſt. vid. Zieglerus, qui ſine ratione Grotio contradicit.

## AD LIB. III. CAP. IV.

§. 2. Conf. Grot. 2, 17, 9. 2. l. 3, 16, 1. & 2. l. 1, 4, 2, 1. ſſ.

§. 3. Conf. Grot. 5, 7, 8.

§. 4. Conf. Grot. 2, 9, 4, 2.

§. 5. Conf. Grot. 2, 17, 2. l. 2, 1, 19.

§. 6. Conf. Grot. 3, 25, 7, 2.

§. 8. Conf. Grot. 3, 2, 2, 3.

§. 13. Conf. Grot. 2, 18, 7. l. 3, 11, 16. 2. l. 2, 21. l. 3, 11, 16, 4.

§. 18. Conf. Grot. 3, 1, 21. Puff. 8, 6, 20.

Temperamentum hujus capitis eſt Caput XI.

## AD LIB. III. CAP. V.

§. 2. Conf. Grot. 3, 12, 6, 4.

§. 4. Conf. Grot. 2, 23, 13, 1.

Temperamentum hujus capitis eſt Caput 12.

## AD LIB. III. CAP. VI.

§. 1. Conf. Grot. 2, 20, 28, ſſ. Joſ. 11, 14. Num. 31, 11. Eſ. 9, 3.

§. 9. Vid. Grot. 1, 5, 3.

§. 10. Actu publico.] Prœliis, e. gr. vel obſidionibus.

Actu

*Actu privato.* Excurſionibus, ex quibus quæ injuſſæ, nec prohibitæ, vel prædæ liberæ, friſche Beuteren.

§. 12. *Publicum.* Nam aliud eſt, ſi quid publico agatur juſſu, aliud arbitrio privato, licet diverſum *Puffendorffius* & *Züglerus* ſentire videantur.

§. 13. Vid. *Grot.* 2, 2, 5.

§. 17. *Militibus.* Contra *Textorem* defendit *Grotium* hîc eruditè Dn. de *Kulpis*.

*Temperamentum* hujus capitis eſt *Caput* 15.

## AD LIB. III. CAP. VII.

§. 1. v. *Grot.* 2, 22, 11. [illegible]

§. 4. v. *Grot.* 3, 20, 12, 2.

§. 5. v. *Grot.* 3, 14, 8.

*Quia.* Ratio hæc non eſt ſufficiens, ſed planior eſt illa: quia partus habentur quaſi pro acceſſione & parte viſcerum maternorum, l. 1. ff. de ventre inſp.

§. 6. *Poſtliminio.* De quo *Grotius* cap. 9. ſubſequenti hujus libri tertii.

*Judicio humano.* Tale quid eſt teſtamentum, ad quod ordinandum duos teſtes Grotius jure gentium ſufficere perhibet in reſponſo quodam, quod Ericus *Mauritius* Conſiliis Chilonienſibus inſeruit. Conf. *Puf.* 4, 10, 7.

§. 7. vid. *Grot.* 1, 4.

*Temperamentum* hujus capitis eſt *Caput* 14.

## AD LIB. III. CAP. VIII.

§. 1. *In populo.* Diſſentiunt *Züglerus* hîc & *Oſiander*, ſed Grotium non rectè intelligunt.

Res

*Res civitatum.* Civitas penitus victa, etsi reſtituta ſit, tamen poſtliminio ne ea quidem recipit, quæ victor ante victoriam, & adhuc hoſtis, abſtulit; ne dum, quæ poſt victoriam, jam legitimè dominus factus & Princeps; adeoque hoc caſu valuit donatio ſive acceptatio à Domino & creditore facta.

*Theſſalis.* Qui debitores ipſi erant jure liberati, & ita in Amphictyonum communi Græciæ conſilio rectè videtur judicatum. *Ærod.* rerum judicatarum 2. tit. 3. c. 2. & 3. Contrà, quàm exiſtimat Hotomannus illuſtr. Quæſt. 5.

*Temperamentum* hujus capitis eſt *Caput* 17.

# AD LIB. III. CAP. IX.

§. 2. *Ad amicos.* Conſentit cum Grotio Ant. de *Gama* in Deciſionibus Luſitanicis.

§. 4. v. *Grot.* 3, 4, 7.

§. 9. v. *Grot.* 2, 8, 4, 5, ſſ.

§. 13. v. *Grot.* 3, 6, 7.

*Agri.* vid. inſtr. Weſtph. pac. art. 4. Omnes Vaſalli &c.

§. 14. *Naves.* [illegible] de ſingularis [illegible] tum ne exercitores lucri cupiditate eas temerè in pericula tempore belli mittant; tum quod propter uſum earum in bello maximè civitatis intereſt, ut publici juris maneant; tum propter pacta cum iis inita, quibus concedi ſolet, ut ſuo ſumtu naves capiant. (Capers) Ex eo igitur, quod conſtitutum id ſingulariter eſt in navibus, inferendum potius, & in rebus & in locis, ubi conſtitutio deficit, jus gentium ſeu poſtlim. valere. vid. illuſtris *Coccejs* diſputat. de poſtliminio.

§. 16. v. *Grot.* 2, 10, 9.

§. 17. v. *Grot.* 2, 15, 5. ſſ.

§. 19.

§. [illegible]. v. *Bodinus* l. 1, c. 7, n. 20.

*Temperamentum* hujus capitis eſt *Caput* 16.

## *AD LIB. III. C. X.*

*Monita.* Hæc ſunt tantum generalia, plura ſpecialia alibi apud alios.

§. 1. v. *Grot.* [illegible] 1. 2, 1, 9. 1. 3, 18, 4. 1. 2, 1, 9. [illegible]

§. 3. v. *Grot.* 2, 19, 3.

§. 4. v. *Grot.* 2, 17, 6. ꝛ.

§. 5. v. *Grot.* 2, 23, [illegible]

§. 6. v. *Grot.* 2, 19, 9. l. 3, 9, 16. 1. 2, 19, 2. & [illegible]

## *AD LIB. III. CAP. XI.*

§. 2. v. *Grot.* 2, 1, 14. ꝛ.

§. 3. v. *Grot.* 2, 21, 5.

§. 4. v. *Grot.* 2, [illegible]

§. [illegible] v. *Grot.* [illegible]

§. 8. v. *Grot.* 3, 1, 4, 2.

§. 9. v. *Seldenus* 6, 16. Muſter-Beſtallung de anno 1570. Fuß-Knechts Beſtallung ann. 54. *Grot.* 1, 2, 21.

§. 16. v. *Grot.* [illegible]

§. 18. v. *Grot.* [illegible] 1. 3, 20, 63. l. 3, 2, 6. l. 2, 15, 16, 4. l. 3, 29. 54.

§. 10. v. *Grot.* 3, 18, 4.

## *AD LIB. III. CAP. XII.*

§. 1. v. *Grot.* 2, 12, 6. Conf. *Zieglerus*, qui ſine ratione diſſentit.

§. 2. v. *Seldenus* 6, 15. Fuß-Knechts Beſtallung de ann. 1570. Articel-Brieff der Reichs-Völcker de a. 1672. a. 66.

§. 6. v. *Grot.* 3, 1, 2. [illegible] Max. I. Max. II. & Ferd. III. Kriegs-Recht & alia jura militaria.

## *AD LIB. III. CAP. XIII.*

§. 1. v. *Grot.* 3, 6, 1. l. 3, 2, 21.

§. 3. v. *Grot.* 3, 1, 3.

§. 4. v. *Grot.* 3, 10, 1. l. 3, 12, 4.

## *AD LIB. III. CAP. XIV.*

Vid. *Bäcleri* miles captivus.

§. 1. v. *Grot.* 3, 11, 2. & ꝛ.

§. 4. v. *Seldenus* 6, 7. & 8.

§. 8. v *Grot.* 2, 5, 29.



Digitized by Google

## AD LIB. III. CAP. XV.

§. 2. v. Grot. 3, 8, 12.

§. 8. v. *Piccart.* 3. Pol. c. 13.

## AD LIB. III. CAP. XVI.

§. 5. v. *Grot.* 2, 4.

## AD LIB. III. CAP. XVII.

§. 2. v. *Grot.* 2, 2, 13, 2.

## AD LIB. III. CAP. XVIII.

§. 1. v. *Grot.* 2, 20, 10.

§. 2. v. *Grot.* 3, 13, 1. ſſ.

§. 4. v. *Grot.* 3, 10, 1, 3. l. 3, 11, 19.

## AD LIB. III. CAP. XIX.

§. 1. v. *Grot.* 3, 1, 1. l. 3, 1, 8, 4. & §. 17, 1.

§. 3. v. *Grot.* 2, 16, 18. l. 2, 20, 8, 2.

§. 4. v. *Grot.* 2, 12, 10.

§. 5. v. *Grot.* 2, 13, 14. l. 2, 13, 17. l. 2, 21, 19. l. 2, 13, 15, 2. l. 3, 3, 3, 1.

§. 7. v. *Grot.* 2, 14, 7. l. 3, 20, 7, 1. l. 2, 4, 8, 3. l. 3, 20, 7. v. art. 10. Inſtr. pac. Weſtph.

§. 11. v. *Grot.* 2, 11, 7, 2. l. 2, 17, 19. Diſſentit Puſendorffius.

§. 12. v. *Grot.* 3, 4, 19, 1.

§. 14. v. *Grot.* 2, 15, 15. Ubi fundamenta hujus doctrinæ ſtructa. l. 3, 21, 11.

## AD LIB. III. CAP. XX.

*De pacis pactione.* A §. 2. uſque ad §. 42.

*De ſorte.* §. 42.

*De certamine.* A §. 43. uſque ad §. 46.

*De arbitrio.* à §. 46. uſque ad §. 49.

*De deditione.* à §. 49. uſque ad §. 52.

*De obſidibus.* à §. 52. uſque ad §. 59.

*De pignoribus.* à. §. 59. uſque ad §. 60.

§. 2. v. *Grot.* 1, 3, 16, 2.

§. 3. v. *Grot.* 2, 11, 5.

*Captivus.* Sic Franciſcus I. Rex Galliæ ex hoc fundamento potuiſſet defendi, modo non juraſſet.

§. 5. v. *Grot.* 2, 6, 3. l. 1, 4, 10. l. 2, 6, 4.

§. 7.

§. 7. v. *Grot.* 2, 14, 7. l. 3, 19, 7. l. 2, 2, 6.
§. 9. v. *Grot.* 2, 14, 8.
§ 12. v. *Grot.* 3, 6, 4, 1.
§. 40. v. *Grot.* 2, 22, 5, 2.
*Invidia.* Non nimis laxanda hæc interpretatio.
*Pax.* Non qualiscunque, ſed talis quæ amicitiæ cauſâ eſt contracta.
§. 42. v. *Grot.* 2, 13, 9.
§. 43. v. *Grot.* 2, 13, 10. 11.
§. 47. v. *Grot.* 2. 20 27. Conf. *Puf.* 5, 13, 5. l. 9. ff. de R. J.
§. 48. v. *Grot.* 2, 23, 11. Conf. *Puf.* 5, 13, 6.
*Poſſeſſione.* Cùm multum interſit, quis ſit in poſſeſſione, quæ valde favorabilis propter difficilem recuperationem, in dubio poſſeſſor eſt abſolvendus ab arbitro.
§. 53. v. *Grot.* 3, 11, 13.
§. 54. v. *Grot.* 3, 11, 18, 3.
§. 58. v. *Grot.* 3, 23, 16. Diſſentit *Ziglerus* hîc.

## AD LIB. III. CAP. XXI.

*De induciis,* à §. 1. uſque ad §. 14.
*De commeatu.* à §. 15. uſque ad §. 23.
*De captivorum redemtione.* à §. 23. uſque ad finem.
§. 1. *Induciæ.* vid. *Strauchii* diſſertatio de *induciis.*
§. 4. Diſſentit Puſendorffius 8, 7, 8.
§. 6. v. *Grot.* 3, 6, 2.
§. 12. v. *Grot.* 3, 20, 36.
§. 13. v. *Grot.* 3, 20, 30.
§. 17. v. *Grot.* 3, 1, 2, 1.
§. 24. *Lex Romana.* Cùm enim Romani bellorum ſtudioſiſſimi, belli rationibus non conducere exiſtimarent, redimere captivos, qui ſe potiùs defendere, quàm capi ſinere debuiſſent, de redemptione captivorum non erant ſolliciti valde.
§. 29. v. *Grot.* 2, 23, 16.

## AD LIB. III. CAP. XXII.

§. 2. v. *Grot.* 3, 1, 2, 1.
§. 6. *Conſentiunt.* Ubi enim deſinit imperium, ibi incipit ſubditorum conſenſus.

§. 7.

§. 7. v. Grot. 3, 20, 2. l. 2, 15, 16. l. 7. C. de Tranſact.

## AD LIB. III. CAP. XXIII.

§. 2. v. *Grot.* 3, 19, 11, 1. l. 2, 17, 19.

§. 3. v. *Grot.* 2, 11, 5, 1.

§. 7. *Deterior.* Quia *liber* eſt, poteſt *nuptias* celebrare &c. v. *Hoyer.* ad jus militare Brandenburgicum. It. *Feldmanni* Reſp. milit.

§. 8. v. *Grot.* 2, 5, 14, 4. l. 2, 5, 26, 1.

§. 16. v. *Grot.* 3, 21, 29, 2.

## AD LIB. III. CAP. XXIV.

§. 2. v. *Grot.* 2, 2, 5.

§. 5. *Similia.* Armorum depoſitio &c.

## AD LIB. III. CAP. XXV.

§. 1. v. *Grot.* 2, 24.

*Regibus.* Quos nonnulli cum Tutoribus comparant. At horum eſt ſtrictior, illorum laxior poteſtas. Tutores enim rationes reddere tenentur, non Reges, niſi Deo, cui ſoli peccant, exemplo Davidis & effato.

§. 2. v. *Grot.* 3, 1, 5, 2, ſſ.

§. 4. *Utile.* Quod cum honeſto conſpiret amicè.

§. 5. v. *Grot.* 3, 12, 2, 11.

## *Nota.*

Paralleli ex Grotio loci proderunt iſti unicè, qui ipſum Grotii textum, & quidem in *paragraphos* non tantum, ſed *numeros* etiam paragraphorum diſtinctum, cum hoc Schefferiano compendio junxerit. Sic Grotium non ex interpretibus, ſed ex ipſo Grotio ſedulus jurisprudentiæ divinæ cultor diſcet intelligere rectius; uti Theologus Scripturam ex Scriptura.

Brevis-

Digitized by Google

# Breviſſima
## JURIS NATURALIS HISTORIA.

QVamvis *Rachelius*, *Scheurlius*, *Eichelius* & *Eiſenhartus*, celeberrimi mei in Profeſſione Moralium Anteceſſores, hinc inde in eorum ſcriptis pleroſque recenſuerint autores, qui in hac præſtantiſſima juris parte elaborarunt, ſuamq; probarunt induſtriam; attamen Auditores mei Nobiliſſimi, ad quorum me nutum componere ſoleo, hanc meam juris divini hiſtoriam prodeſſe ipſis poſſe, judicarunt. Compendioſiſſima eſt illa, & tribus conſtat tantum capitibus, quorum *primum* epochas hujus juris naturalis recenſet; *alterum* exponit methodum legendi autores hoc in principali ſtudio; *tertium* autores ſi non omnes, ſaltem præcipuos recenſet, qui vel Grotium, Principem hoc in ſtudio, explicarunt, vel proprio marte compendium juris naturalis conſcripſerunt, vel diſſertationibus modo hanc, modo illam juris naturalis partem illuſtrarunt.

### CAPUT I.
### DE JURIS DIVINI *EPOCHIS*.

H*Umanam* jurisprudentiam Imperatori Iuſtiniano, partim ut collectori, partim ut conditori, orbis adſcribit eruditus. Quod ſi *divi-*

*nam* Jurisprudentiam, in artis formam redactam, alicui velimus adjudicare, Grotium præ omnibus nominemus. Uti enim *Juſtinianus* ex multis mille voluminibus humanum, & quod inter humana omnia jura excellit, Romanum, magno hauſit labore, & in quoddam certum, licet non valde cohærens, ſyſtema redegit: ſic *Grotius* ex omnis antiquitatis Græcæ & Latinæ penario divinam & naturalem Jurisprudentiam ſtupendo labore, acerrimo Judicio, ingenio mirabili depromſit, & primus juſtis diſciplinæ limitibus circumſcripſit. In civilis Juris hiſtoria *triplex* reſpicimus tempus; ante Juſtinianum, Juſtinianeum, & poſt Juſtinianum. Pari modo in hac naturalis juris hiſtoria tempus conſideremus triplex: ante Grotium, Grotianum, & poſt Grotium. Tempus *ante* Grotium non minori laborabat confuſione in hoc jure naturali, quàm illud ante Juſtinianum in civili. Quod ſi enim jure merito potuit Juſtinianus has querulas emittere voces, e per immenſum eundo mare Juris confuſionem ſuſtuliſſe, atque illud, quod quinquennio ſtudioſus juris vix attingere poterat jus, anilibus diſtrictum fabulis, primo ſtudiorum anno poſſe addiſcere, cùm ſtatim à principali voce civile nunc jus auſpicetur: Non minorem jure Grotius laudem gloriamque meretur, qui inductam à Theologis, à Juriſconſultis & Philoſophis confuſam juris divini tractationem ſuſtulit, ac in cimmeriis tenebris facem accendit. Tempus *Grotianum* fata libri hujus de jure belli & pacis

conſi-

conſideret, quando Vir ſummus in patria habitus malè, in Gallia, monitis generoſiſſimi *Peireſcii*, hunc ſaluberrimum laborem aggreſſus eſt, ac tandem anno elapſi ſeculi vigeſimo quinto ad exitum perduxit felicem. Dicendum hîc quanto applauſu à nonnullis fuerit exceptus, à plurimis verò multis oneratus opprobriis; & licet in nonnullis hypotheſibus videatur Pontificiis favere, proſcriptus tamen ab illis eſt, & in prohibitorum librorum indicem relatus. Tempus *poſt* Grotium commentatoribus vel in ipſum Grotii librum, vel novis ſyſtematibus juris Naturalis, Grotiana tamen eruditione maximam partem utentibus, fertile admodum fuit & fœcundum. Præ aliis tamen multis ſunt efferendi laudibus *Hobbeſius*, *Puſendorffius*, *Thomaſius* & *Cocceſus*, qui quidem omnes humeris magni inſiſtunt Grotii, habent tamen nonnulla à Grotio tantum per indicem oſtenſa, magis elaborata. *Hobbeſius* Anglus vir erat acutiſſimi ingenii, non minor æmulus Grotii, quàm *Seldenus*, ejus concivis: ſed uti in Grotio, ſic in Hobbeſio multa cenſuram merentur modeſtam, cùm fere de utroque dici poſſit, nullum magnum ingenium eſſe ſine mixtura humanæ imbecillitatis. *Puſendorffius*, qui ingenio Hobbeſii delectabatur elegantiſſimo, Theologorum non minus, quàm aliorum Doctorum obtrectationibus fuit expoſitus. Illuſtris etiam *Thomaſius*, nunc quidem ſuper omnem expoſitus invidiam, cùm in eo eſſet, ut verum atque decens Puſendorfii defenderet maſculè, falſis mul-

 torum

torum morſus eſt opprobriis, quæ tamen viridum ejus & veri tenacem colorem non mutarunt. Illuſtris *Coccejus* eruditis valde, nec paucis diſſertationibus non tantum hanc præcipuam juris partem exornavit, ſed etiam ſyſtema quoddam Juris Naturæ, quod ad juris naturalis principium adæquatum in omnibus aptavit, erudito orbi, qui illud expectat avide, jamdiu promiſit. De aliis non loquar, qui ejus hoc tempore illuſtrare annixi ſunt, quorum nomina [illegible] infra.

## CAP. II.

## DE JURIS NATURALIS METHODO.

JUris Studioſus cum *Grotio* ſolida juris ſtudia exordiatur & cum Grotio terminet, veſtigiis inſiſtens illuſtris *Kulpiſii*, qui ingenuè quidem profitetur, difficilem primis ſtudii ſui juridici annis Grotium ipſi fuiſſe, poſtea tamen, cùm conſtanter autorem manu verſaſſet diurna nocturnaque, facilem illi factum, atque in reliquis juris partibus facem conſtanter prætuliſſe. Adjumenta varia juris hujus naturalis ex *Philologia*, *Hiſtoria*, & *priore Practicæ Philoſophiæ parte*, *Ethica* petuntur, quibus deſtitutus eſſe non debet, qui Grotium, in omni antiquitate latina & græca verſatiſſimum, tantum quoad verba vult intelligere. Accedit, ſenſum ipſius fieri quandoque obſcurum, cùm pauciſſimis verbis digitum ad plura intendat, quæ ex eruditione veterum lectori accurato non planè debent eſſe ignota. Ex *verſionibus* quidem, Germanica & Gallica, multam foene-

fœnerari lucem novitius Grotii lector poteſt: præſtat tamen, eum Græcos & Latinos autores antea lectitaſſe. Sic majori fructu & jucunditate Grotium leget & releget, ita tamen, ut quatuor ſint ſtudii Grotiani tentamina. *Primum* erit tentamen lectionis Grotianæ, ut Grotium cum Schefferiano hoc compendio & verſionibus, germanica *Schützii*, Gallica *Courtini* conjungat. Germanicam interpretem non immerito celeberrimus laudat Thomaſius in docta ſua, quæ præfixa eſt huic Schützianæ verſioni, præfatione. Gallicam non ſine quadam invidiæ ſuſpicione reprehendit *Barbayracus*. *Alterum* Grotianæ lectionis tentamen erit, ut denuo cum ipſo Grotio conjungat *Kulpiſii* Collegium Grotianum una cum *Vitriarii* Inſtitutionibus Juris Naturalis, qui ex Interpretibus Grotii eruditiſſimis, *Zieglero* & *Bœclero*, præcipua excerpſit. *Tertium* Grotianæ lectionis tentamen ſit, ut cum ipſo iterum Grotio conjungat *Pufendorffium*, non compendiolum illud, quod quivis latine doctus facile proprio marte intelligit & legit, ſed Juris Naturalis & Gentium ſyſtema varia eruditione, ſcholam tamen magis quam vitam redolente, eſt refertum. *Quartum* tentamen erit, ut rurſus cum Grotio conjungat illuſtris *Thomaſii* jurisprudentiam divinam, qui & Grotianam & Pufendorffianam Philoſophiam pro felicitate judicii ſui acerrimi accommodavit ad vitam communem. Quas enim ſubtilitates ſcholaſticorum Grotius, & inutiles Hobbeſii raptus Pufendorffius ſequitur im-



Digitized by Google

providè, illas, tanquam periculoſos ſcopulos, iſte verſutiſſimus Ulyſſes prænavigavit, lectoremque ſuum per immenſum hujus juris oceanum *felici* prudentiæ ſuæ Magnete duxit. Poſt hæc quatuor Grotianæ lectionis tentamina modo *Teſmarum* & *Obrechtum*, modo Johannem van der *Muelen*, modo alios promiſcuè legat Juris Naturalis autores, quorum nullus quidem omnes hujus juris materias uno vel compendio vel ſyſtemate tradidit, quivis tamen iſtorum Scriptorum, quorum Catalogum in ſubſequenti dabo capite, non facile eſt contemnendus, licet in minima tantum naturali Juris parte elaboranda induſtriam ſuam oſtenderit.

## *CAP. III.*

## DE NATURALIS JURIS *SCRIPTORIBUS.*

LAudanda omnino eſt, non ſolum maximè reverendi *Buddei*, & ampliſſimorum virorum *Ludovici* & *Struvii* induſtria, quorum *hic* in ſua Juris Bibliotheca, *iſte* in juris Naturalis hiſtoria, *ille* in elementis Juris Naturalis de ſcriptoribus hujus Juris egerunt: Attamen nobiliſſimis meis commilitonibus, in quorum gratiam quidquid eſt laboris Academici ex officio ſuſcipio lubenter, arridebat, me, uti in jure publico, ſic in naturali jure, ſecundum numerum alphabeticum pleroſque recenſere autores, qui ad illuſtrationem utriusque juris conferre ſymbolam voluerunt. Sufficiat eorum ſaltem exſcripta dare nomina;

mina, cenſuram ex ore docentis audire, quæ licet modeſtiæ limites nunquam tranſiliat, nihilominus nonnullis propter animi impotentiam foret minus grata, cùm veritas etiam innocentiſſima diſpliceat. Interim ſuo tandem tempore plenior juris divini non minus ac publici hiſtoria, quæ utraque in chartam à me conjecta durum, lucem videbit publicam, quando jurisprudentiam Grotianam ea ratione, quâ Prolegomena ipſius pauciſſimis exhibui verbis, totam enucleatam publicabo.

## A.

*Ariſtoteles.* vid. *Eiſenhartus* p. 5. & 31. 38. 41. & 45.
*Alberti* Valentinus. vid. *Eiſenhartus* p. 37. vid. *Buddeum* p. 47. *Ludovici* p. 39.
*Albericus* Gentilis. vid. *Eiſenh.* p. 27.
*Alciatus* Andreas. vid. *Eiſenh.* p. 26.
*Aquinas* Thomas. vid. *Eiſenh.* p. 23.
*Ambroſius.* vid. *Eiſenh.* p. 22.
*Amthor* Chriſtophorus Andreas.
*Anonymi.* v. *Budd.* p. 79.
*Arniſæus* Henninges. v. *Budd.* p. 75.
*Auguſtinus.* v. *Eiſenh.* p. 22.

## B.

*Barbayrac.* Johannes.
*Becmannus* Johannes Chriſtophorus. vid. *Budd.* p. 59. *Ludov.* p. 20. 26.
*Bodinus* Henricus. vid. *Budd.* p. 58. *Ludov.* p. 53.

*Baclerus* Johannes Henricus. vid. *Budd.* p. 57. *Ludov.* p. 18. & 58.

*Böhmerus* Juſtus Henningus.

*Boineburgius* Johannes Chriſtianus. vid. *Ludov.* p. 27.

*Borgeſius* Godhardus. vid. *Ludov.* p. 68.

*Bredelo* Henricus. vid. *Lud.* p. 26.

*Bramhallus* Johannes. vid. *Lud.* p. 24.

*Buddeus* Johannes Franciſcus. vid. *Ludov.* p. 27.

## C.

*Cicero* M. Tullius. vid. *Eiſenh.* p. 3.

*Choppius* Franciſcus Julius. vid. *Lud.* p. 25.

*Cocceius* Henricus. vid. *Budd.* p. 64. *Lud.* p. 58.

*Cocquius* Gisbertus. vid. *Lud.* p. 24.

*Covarruvias* Didacus. vid. *Eiſenh.* p. 26.

*Cumberland* Richardus. vid. *Ludov.* p. 24.

*Curtinus* Antonius. vid. *Budd.* p. 52.

## D.

*Di Caſtello* Johannes. vid. *Baclerus* p. 82. 141. 297.

*Duneus* Petrus. vid. *Ludov.* p. 32.

## E.

*Eichelius* Johannes. vid. *Eiſenh.*

*Eiſenhartus* Johannes. vid. *Ludov.* p. 25.

## F.

*Feldenus* Johannes. vid. *Budd.* p. 35. vid. *Lud.* p. 18.

*Felmer*

*Felmer* Robertus. vid. *Lud.* p. 24.
*Fortſchius* Michael. vid. *Budd.* p. 69.

G.

*Geſenius* Fridericus. vid. *Lud.* p. 5. p. 35.
*Gözzius* Georgius. vid. *Budd.* p. 40. *Lud.* p. 21.
*Gothofredus* Dionyſius. vid. *Eiſenh.* p. 3.
*Grashofius* Henricus Wilhelmus. vid. *Lud.* p. 68.
*Grævinckelius* Theodorus. vid. *Budd.* p. 36. *Ludov.* p. 18.
*Græningius* Iohannes. vid. *Budd.* p. 73.
*Gronovius* Iohannes Fridericus. vid. *Budd.* p. 51. *Ludov.* p. 20.
*Grotius* Hugo. vid. *Budd.* p. 50. *Lud.* p. 16. *Eiſenh.* p. 29
*Grotius* Wilhelmus. vid. *Budd.* p. 59. *Eiſenh.* p. 29.

H.

*Hedingerus* Iohannes Reinhardus. vid. *Budd.* p. 70. *Lud.* p. 19.
*Henninges* Henricus. vid. *Budd.* p. 50. *Lud.* p. 19.
*Hertius* Iohannes Nicolaus. vid. *Budd.* p. 65. & 71.
*Hobbeſius* Thomas. vid. *Budd.* 34. *Lud.* p. 22. & 44. *Eiſenh.* p. 31.
*Hopperus* Ioachimus. vid. *Eiſenh.* p. 27.
*Hornius* Iohannes Fridericus. vid. *Budd.* p. 74.
*Huberus* Ulricus. vid. *Budd.* p. 75.

I.

*Jægerius* Iohannes Wolffgangus.

## K

*Keſtnerus* Henricus. vid. *Budd.* p. 64.
*Klenckius* Ianus. vid. *Budd.* p. 38. *Lud.* p. 20.
*Klingerus* Iohannes. vid. *Lud.* p. 9.
*Krebſius* Iohannes Fridericus. vid. *Lud.* p. 68.
*Kulpiſius* Iohannes Georgius. vid. *Budd.* p. 52. *Lud.* p. 19.

## L

*Langius.* vid. *Buddeus* p. 71.
*Leibnitius* Guilielmus Gottofredus.
*Lentulus* Cyriacus. vid. *Budd.* p. 71.
*Leſſius* Leonhardus.
*Ludovici* Iacobus Fridericus. vid. *Budd.* p. 65.
*Lyſerus* Wilhelmus. vid. *Lud.* p. 35. *Budd.* p. 80.

## M

*Maimonides* Moſes. vid. *Budd.* p. 32.
*Mauritius* Ericus. vid. *Kulpis* p. 85.
*Melanchton* Philippus. vid. *Budd.* p. 30.
*Mentzerus* Balthaſar. vid. *Lud.* p. 31.
*Mevius* David. vid. *Budd.* p. 40. *Lud.* p. 44.
*Michael* Henricus. vid. *Budd.* p. 91.
*Muldener* Iohannes Chriſtianus. vid. *Lud.* p. 58.
van der *Muelen* Guilielmus. vid. *Budd.* p. 61. *Lud.* p. 20.
*Mullerus* Iohannes Philippus. vid. *Budd.* p. 98. 40. 73. *Lud.* p. 21.
*Muſæus* Iohannes Iacobus. Simon Henricus. vid. *Budd.* p. 62. *Lud.* p. 21.

O. *Obrecht-*

## O.

*Obrechtus* Ulricus. vid. *Budd.* p. 63. *Lud.* p. 26.
*Opalenius* Lucas. vid. *Budd.* p. 71.
*Oſiander* Iohannes Adamus. vid. *Budd.* p. 41. *Ludov.* p. 49. 25.

## P.

*Parkerus* Samuel. v. *Lud.* p. 25.
*Pauli.* vid. *Lud.* p. 27. 44.
*Peireſcius* Nicolaus Claudius Fabricius. vid. *Budd.* p. 31. *Baecl.* p. 1.
*Petrarcha* Franciſcus. vid. *Eiſenb.* p. 24.
*Philo.* vid. *Eiſenb.* p. 48.
*Placcius* Vincentius.
*Plato.* vid. *Eiſenb.* p. 3.
*Plutarchus.* vid. *Eiſenb.* p. 4.
*Praſchius* Ioh. Ludovicus. vid. *Budd.* p. 54. 73.
*Pufendorfius* Samuel. vid. *Budd.* p. 43. ſeqq. *Ludov.* p. 5. 18.

## R.

*Rachelius* Samuel. vid. *Budd.* p. 51. *Eiſenb.* p. 34. *Lud.* p. 25.
*Remer* Chriſtophorus Andreas.
*Rechenbergius* Adamus. vid. *Budd.* p. 50. *Lud.* 68.
*Ringmacher* Daniel. *Lud.* 68.
*Röhrenſee* Chriſtianus. *Lud.* 68.
*Rollius* Johannes. *Lud.* 31. 37.
*Rothe* Albrecht Chriſtian. *Lud.* 51.
*Roy* Hugo. vid. *Budd.* p. 70.
*Ryſſel* Iohannes Iacobus. *Budd.* p. 58. *Lud.* 67.

S. Sel.

## S.

*Seckendorffius* Vitus Ludovicus. *Budd.* p. 48. *Lud.* 40.
*Seldenus* Iohannes. *Budd.* 38. 60. *Eiſenh.* p. 30. *Lud.* 27.
*Semba* Antonius. *Eiſenh.* p. 3.
*Schaffto* Iohannes. *Lud.* 24.
*Scharrockius* Robertus. *Lud.* 24. 38.
*Schefferus* Iohannes. *Budd.* 60. *Lud.* 21.
*Scherzerus* Iohannes Adamus. *Lud.* p. 93. & 94.
*Schookius* Martinus. *Budd.* p. 57.
*Schuzius* P. B. 8. *Thomaſius* in praef. p. 49.
*Simon* Iohannes Georgius. *Budd.* 40. 50. *Lud.* p. 19. 20. 26.
*Spinaus*. *Budd.* 60. *Lud.* 20.
*Spinoza* Benedictus. *Lud.* 26.
*Strimeſius* Samuel. *Lud.* 24. 37.
*Svicerus* Iohannes Henricus. *Budd.* p. 70. *Lud.* p. 20.
*Svvarzius* Ioſua. *Lud.* 20. 22.
*Suarius*. v. *Bael.* p. 141.

## T.

*Teſmarus* Iohannes. *Budd.* 62. *Lud.* 20.
*Textor* Wolffgangus. *Budd* 73. *Lud.* 68.
*Thomaſius* Chriſtianus. *Budd.* 53. *Ludov.* p. 29. 47. 56.
*Titius* Gottlieb Gerhard. vid. *Budd.* p. 50.

## U.

*Uffelmannus* Henricus. *Lud.* 68.

V. *Vasquius*

## V.

*Vaſquius* Fernandus. *N. Eiſenh.* p. 226.
*Velthemius* Valentinus. *Budd.* 51. *Lud.* 19, 29, 60.
*Velthuyſen* Lambertus. *Lud.* 26.
*Vigil* Chriſtianus. *Lud.* 35.
*Vitriarius* Philippus Reinhardus. *Budd.* [illegible]. *Lud.* 21.

## W.

*Wachtlerus* Chriſtfridus. *Budd.* 90. *Lud.* [illegible]
*Weberus* Immanuel.
*Werlhofius* Iohannes. *Budd.* 71.
*Wernherus* Iohannes Balthaſar.
*Wilſchützius* Severinus. *Lud.* 33.
*Wincklerus* Benedictus. *Budd.* 30. *Eiſenb.* [illegible]. *Ludov.* p. 15, 24.

## Z.

*Zentgravius* Ioachimus. *Budd.* 69. 73. *Eiſenb.* 37. *Ludov.* 37.
*Ziglerus* Caſparus. *Budd.* 69. 75. *Eiſenb.* 37. *Ludov.* p. 18. 28.
*Zouchaus* Richardus. *Budd.* 72. *Lud.* 68.

Index

# Index *Autorum*, inprimis eorum, qui in notis citantur.

A.

*Ariſtoteles* Stagirita. proleg. §§. 42, 43, 44, 45, 141, 155, 168, 210, 215, 216, 259, 290.
*Abramus* Nicolaus. 296.
*Accurſius* proleg. §. 54.
*Ælianus*. p. 256.
*Albergatus* Trogus. p. 217.
*Albericus* Gentilis proleg. §. 38. p. 215.
*Alexander* ab Alexandro. p. 281.
*Althuſius*. ibid.
*Ambroſius*. p. 12.
*Andlo* Petrus de. p. 290.
*Apollonius*. p. 227.
*Armacanus*. p. 276.
*Arminius*. p. 217.
*Auguſtinus*. 12, 141, 238.
*Ayala*. proleg. §. 38.

B.

*Baco* de Verulamio. 215.
*Baldus* Ubaldus. proleg. §. 54.
*Barclajus* Iohannes. 232.
*Bartolus* à Saxoferrato. proleg. §. 54.
*Baſilius*. 12.
*Begerus*. 257.
*Beſoldus* Chriſtophorus. 281.
*Bœclerus* Henricus. 218, 242, 259, 276, 289, 294, 301.
*Bodinus* Iohannes. proleg. §. 55. p. 84, 217, 231, 259.
*Bongarſius* Iacobus. p. 276.

*Bucha-*

Digitized by Google

*Buchananus* Georgius. p. 281.

C.

*Cacheranus* Octavius. p. 276.
*Caſar* Iulius. p. 13, 226.
*Cajus* ICtus. p. 156.
*Calixtus* Georgius. p. 217, 221, 222, 283.
*Carneades.* proleg. §. 5. p. 280.
*Carpzovius* Benedictus. p. 272.
*Chryſoſtomus* Iohannes. p. 141. 143.
*Cicero* M. Tullius proleg. §. 2. p. 70. 141.
*Clemens* Alexandrinus. p. 142, 56.
*Coccejus* Henricus. p. 12, 300.
*Connanus.* p. 70.
*Conringius* Hermannus. p. 251, 268, 274, 294, 296.
*Coſta* Ioſephus de. 290.
*Covarruvias* Didacus. proleg. §. 55.
*Curtinus.* p. 291.

D.

*Danaus.* p. 232.
*Danckelmannus.* p. 263.
*David* Rex. p. 14, 233.
*Dio* Pruſienſis. p. 14.
*Diphilus.* p. 142.
*Dominis* Antonius de. p. 290.
*Duck* Arturus. p. 278.

E.

*Eichelius* Johannes. p. 210, 255.
*Eiſenhartus* Iohannes. p. 216.
*Eraſmus* Roterodamus. proleg. §. 29. p. 255.
*Eſaias* Propheta. p. 8.
*Euſebius* Pamphilus. p. 224.

*Euri-*

*Euripides.* proleg. §. 2.

## F.

*Faber* Antonius proleg. §. 38. p. 281.
*Federicis* Stephanus. p. 277.
*Feldenus* Iohannes. p. 283, 291.
*Feldmannus.* 304.
*Ferus* proleg. §. 29. p. 215.
*Franzius.* p. 269.
*Freberus* Marquardus. p. 235. 290.

## G.

*Gailius* Andreas. p. 272, 289.
*Gaſſendus.* p. 231.
*Gellius.* p. 223, 289.
*Gerhardus* Iohannes. 294.
*Goldaſtus* Melchior. p. 290.
*Gomeſius* Balthaſar. p. 281.
*Grasvvinckelius* Theodorus. p. 242.
*Gronovius* Iohannes Fridericus. p. 272.
*Grotius* Hugo proleg. §§. 30, 31, 32. p. 209.
*Gryphiander* Iohannes. p. 250.

## H.

*Hedingerus* Iohannes Reinhardus. p. 263.
*Henelius* Chriſtianus. p. 280.
*Herodotus.* p. 142.
*Hermogenianus.* p. 6.
*Hobbeſius* Thomas. p. 231. 255. 295.
*Homerus.* p. 105, 1[illegible], 157.
*Horatius* Flaccus. p. 70.
*Hornius* Georgius. p. 222.
*Hortlederus* Fridericus. p. 234.
*Hotomannus.* proleg. §. 55, 300.

*Hoyerus*

*Hoyerus* Bernardus. p.281. 304.
*Hugo* Ludolphus. 254, 290.
*Hunnius* Ægidius. 240.

I.

*Jacobus* Apoſtolus. 9.
*Janſenius*. 276.
*Jeremias* Propheta. 141.
*Iſocrates*. 142.
*Joſephus* Hiſtoricus. 6.
*Joſua*. 80.

K.

*Keſtnerus* Henricus Erneſtus. 212.
*Kirchmannus*. 281.
*Klockenburgius*. 272.
*Krellius*. 217.
*Kulpiſius* Johannes Georgius. 280.

L.

*Lactantius*. 142.
*Languetus* Hubertus. 232.
*Laurentius* Jacobus. 217.
*Limnaeus* Johannes. 268, 276, 280.
*Lipſius* Juſtus. 215, 291.
*Loccenius* Iohannes. 242.
*Lucanus*. 141.

M.

*Magerus*. 287.
*Maimonides*. 116.
*Malveſius* Andreas. 281.
*Mantica* Cardinalis. 277.
*Marquardus*. 272.

*Maſcardus.* 291.
*Matthæus* Evangeliſta. 18, 216, 239.
*Mauritius* Ericus. 210, 222, 292.
*Menippus.* 88.
*Mevius* David. 297.
*Miltonus* Johannes. 233.
*Montagne* Michael. 210.
*Mornæus.* 232.
*Moſes.* 6, 7, 8, 182.
*Mylerus* Nicolaus. 287.

O.

*Obrechtus* Ulricus. 224, 226, 230.
*Origenes.* 142.
*Oſiander* Iohannes Adamus. 224, 234, 276, 277, 283, 299.
*Oſterodus.* 210.

P.

*Pratis* Simon. 277.
*Paſcalis* Blaſius. 284, 285, 291.
*Paulus* Apoſtolus 7, 8, 9, 89, 141, 224, 233.
*Pauſanias.* 14.
*Petrus* Apoſtolus. 9.
*Philo.* 143.
*Piccartus* Daniel. 302.
*Piſcator.* 240.
*Plato.* 142, 143, 156.
*Polybius* Chriſtophorus. 141, 231.
*Pontanus* Iohannes. 242.
*Pufendorffius* Samuel. 210, 213, 217, 219, 220, 221, 223, 225, 226, 228, 230, 231, 237, 239, 240, 242, 243, 259, 269, 270, 271, 272, 275, 279, 283, 284, 285, 290, 295, 296.

R. *Ra-*

R.

*Rachelius* Samuel. *210, 213, 217, 221, 280, 286, 291.*
*Ritterſhuſius* Nicolaus. *287.*

S.

*Salomon* Rex. p. *89, 143.*
*Salmaſius. 233, 271.*
*Samuel* propheta. 14.
*Saturninus* ICtus. 116.
*Schefferus* Iohannes. *219, 277.*
*Schoockius. 272.*
*Seneca* Annæus. 14.
*Seldenus* Iohannes. *210, 215, 222, 235, 240, 242, 245, 248, 250, 255, 281, 283, 285, 289, 290, 298.*
~~*Simon* Iohannes Georgius. *268.*~~
*Socinus* Lælius. 217.
*Socrates. 142.*
*Sophocles. 142.*
*Strauchius* Iohannes. *242, 303.*

T.

*Tacitus* Cornelius. *224, 227.*
*Terentius* Publius. *219.*
*Tertullianus.* proleg. §. 4. p. 142.
*Textor* Wolffgangus. 299.
*Thomas. 281.*
*Thuanus. 291.*

U.

*Uffelmannus* Henricus. *270, 296.*

V.

*Vasquius* Fernandus. prolog. §. *55.*
*Victoria* Franciſcus. *243, 259.*
*Virgilius* Maro. 141.

## W.

*Wedelius.* 227.
*Weizius.* 272.
*Wicquefort.* 280.

## X.

*Xenophon*, 141, 142, 143, 156.

## Z.

*Zepperus.* 240. 281.
*Ziglerus* Iohannes. 28, 221, 222, 234, 246, 275, 281, 282, 283, 289, 298, 299.
*Zollius* Hermannus. 273.
*Zouchaeus* Richardus. 280.

---

# Index *Rerum.*

## A.

ABrahamus, in bellis gerendis, ſpeciale mandatum à Deo non habuit. 224.
- - non ab omni infirmitate excuſandus. 290.
*Aptitudo* quænam dicatur. 220.
- - à jure ſtricto diſtinguenda. 278.
*Arabum* inepta traditio de brutis. 210
*Arbitrium* quale eſſe debet? 241.
*Arelatenſe* Regnum Gallus jure præſcriptionis ſibi vendicare nequit. 252.
*Ariſtoteles* principatum inter philoſophos obtinet. 216.
eſſentiam virtutis rectè in mediocritate ponit ibidem.

*Aſylum*

*Aſylum* quo jure conceſſum? 280.
- - prodeſſe modo debet innocentibus. 287.
*Atheiſmus* eſt contra ſanam rationem. 284.
*Attributi* quidnam dicatur? 220.

B.

*Bellum* quid ſit p. 1. & ſeqq.
*Bella* ſunt adæquata principum media adipiſcendæ pacis. 224.
Bellum eſt vel *privatum* vel publicum. 10.
- - *publicum* à quo geratur. 225
- - an ſit juſtum ſine *clarificatione* ſuſceptum. *ibidem.*
- - *non ſolenne* peculiaribus juris gentium effectibus caret. *ibidem.*
- - non inferendum ad imminuendam vicini *potentiam* accreſcentem. 241.
- - *ſubditorum* in ſuperiores an licitum? 19-23.
- - licite qui *gerant*? 23-24.
*Bella* non dantur *punitiva*, ſed vindicativa. 284.
*Bellare* an *juſtum*? p. 5. & ſeqq.
*Bœclerus* inter terminos politices quas diſciplinas includat? 218
*Bodinus* cautè legendus. 218
*Brutis* quinam tribuerint rationem? 222.
- - quinam illis jus cum homine commune ſtatuerint? *ibid.*
- - in illis non eſt obligatio. *ibid.*
- - agunt ex neceſſitate. *ibid.*
- - propriè non delinquunt, nec puniuntur. 288.



Digitized by Google

C.

*Captivorum redemtio* apud Romanos exoſa. 303.
*Certantium* ſtatus quis? 219.
*Christus* novus legiſlator non eſt. 216. 223.
- - moráles leges non ſuſtulit. 222.
- - ſed implevit. 223.
*Civitas* quænam *perfecta*? 227.
ejus *forma* eſſentialis & accidentalis, *ibid.*
ejus *ſubjectum* proprium & commune. *ibid.*
- - *jus* quis amittat? 286.
*Civitates* Germanicæ olim erant in tutela Regum. 231.
*Civitas* an jure *poſtliminii* utatur? 300.
*Civitatis* pars an *diſcedere*, invitâ totâ, poſſit? 259.
- - an *alienari* invita queat? 261.
- - an *alienari*, quæ non expreſſe contradicit? *ibid.*
- - *forma*, ſi mutata, an idem adhuc populus? 266.
*Circumvenire* alios an liceat? 272.
*Collegiorum* merita non ſunt perpetua. 288.
*Comitatus* & Marchionatus quandoque habentur jure allodiali, quandoque feudali. 230.
*Commodanti* regulariter res perit. 271.
*Communio rerum* neque eſt poſitiva, neque negativa. 242.
*Concedere* alteri quomodo aliquid poſſumus? 247.
*Conſcientia* dubia quomodo perverſe inſtruatur? 291.
*Contractus* in quo conſiſtant? 271.
- - quotuplices? 73-78.

*Converſio* noſtra Dei eſt. 285.
*Crimina* morte poſſunt puniri. 240.
*Cromvellii* Acta cur non reſciſſa? 235.

D.

*Damnum* quomodo obliget? 98-102.
*Davidis* exemplum in caſu reſiſtentiæ contra principes non eſt adducendum. 233.
*Decalogus* novam non inducit obligationem. 216.
*Defenſio* proportionata ſit offenſioni. 25-30. 237.
- - eſt juris naturalis. *ibid.*
- - quando licita? *ibid.*
- - quandoque juris naturalis eſt *præceptivi*, quandoque *permiſſivi*. 238.
*Delictum* quomodo æſtimandum? 278.
*Dictatores* Romani non jure, ſed effectu, reges erant. 229.
*Diſciplinæ* practicæ media applicanda ad finem. 232.
*Diſſimulatio* quando careat vitio? 296.
*Divina voluntas* eſt principium juris naturalis adæquatum. 212.
Divinæ *potentia* ponendum objectum congruum.
*Dolus* an nunquam licitus? 138-144.
*Dominus* alienandi habet poteſtatem. 262.
*Dominium* quid ſit? 248.
- - quomodo ratione deſtitutis competat? *ibid.*
- - an directum ſine conſenſu utilis transferatur? 261.
- - quando *deſinat*? 63. 65.
*Duellum* naturali honeſtati repugnet. 240.



Digitized by Google

*Eccleſia* nullam vim cogendi adhibeat. 290.
*Epiſcopi* hodierni ab antiquis valde differunt. 290.
*Exharedationis* jus omne ex jure æſtimandum civili. 264.
*Explere* quidnam dicitur? 220.
*Emere* nemo tenetur regulariter. 246.

F.

*Facultas* quæ dicatur? 219.
*Feræ* quando naturali libertati reſtituuntur? 265.
*Feudum* vaſallagium vel perſonale habet, vel reale, vel utrumque ſimul. 231.
*Fides* eſt vel publica vel privata. 198. 207.
*Fluminis* aqua promiſcuè non eſt ſubminiſtranda. 244.
- - Flumina ex quibus conſtent? 248.
illa non minùs, quàm agri mutantur. 250.
- - ſicque finium probatio in illis difficilis. *ibid.*
*Fœdera* quotuplicia? 86-91
- - ex jure veniunt naturali. 276.
- - illa cum infidelibus pangere quomodo liceat? *ibid.*
*Furta* capitaliter rectè puniuntur. 240.
*Furum* cadavera an patibulis ſuſpenſa relinquenda? 281

G.

*Graduum* diſpenſatio quæ in conſcientia tutior? 259.
*Grotius* primus univerſalis jurisprudentiæ ſcriptor. 209.
- - ejus prolegomena partibus abſolvuntur duabus. *ibid.*

Grotii *improvida ſuppoſitio* de non exiſtentia Dei. 212.
- - an *artis demonſtrandi* fuerit peritus. 215.
- - *papizans* Laurentii. 217.
- - *rabbinizans* ſcribendus. *ibid.*
*Rationes* à Grotio non ſemper adducuntur aptæ. 218.
*Grotii* eruditio in *Græcis* planè excellens. *ibidem.*
*Modeſtia* ipſius laudatur. *ibid.*
*Lemmata* capitum Grotianorum cur repoſita? 119.
Judaizat in nonnullis ſcripturæ locis. 224.

H.

*Habitatio* concedenda diverſæ religioni addictis. 245.
*Hiſpani* Indiam injuſtè occuparunt. 245.
Illos Grotius ſua diſtinctione non defendit. 246.

I.

*Imperium* aliud eſt in perſonas, aliud in territorium. 248.
- - licet illud ſit onus, eſt tamen gratum. 253.
Imperii *ſummi* explicatio. 10. & ſeqq.
*Imperator* Germanorum non tenetur ex lege, ſed ex pacto. 254.
*Imperii Germanici* cura neque ad Papam, neque ad Gallum ullo pertinet modo. 267.
*Infanti* falſa non ſunt perperam dicenda. 296.
*Inſula* ad quem pertineat? 266.
*Inundatio* quæ dicatur? 266.
- - ſumitur tripliciter. *ibid.*
*Interpretatio* quotuplex? 91. 98.
*Invaſoris* ictum nemo tenetur exſpectare. 238.

*Juramentum* quotuplex? 19. 35.
- - quodnam illicitum? 272.
- - illo nemo abutatur. *ibid.*
- - per quas res illud præſtatur? 273.
- - per Deum, ut vindicem, juratur. *ibid.*
- - *heredes*, quoad efficaciam juramenti tenentur. *ibidem.*
Non facile jurandum. *ibid.*
*Jus* quotupliciter ſumatur? 219.
*Juris naturalis definitio* triplex. 220.
Jus naturæ eſt *immutabile.* 221.
- - quinam illud dixerint mutabile? *ibid.*
Juris naturalis definitum non eſt recta ratio. *ibid.*
*Jus Romanum* quomodo obliget? 278.
*Juriſprudentiam univerſalem* confuſè ante Grotium tradiderunt tam Iuriſconſulti, quàm Theologi & Philoſophi. 209.
Juriſprudentiæ univerſalis *principium adæquatum.* 212.
*Jus* quid ſit? p. 1. & ſeqq.
*Jus civile* propter excellentiam dicitur Romanum. 213.
*Jus Gentium* datur. 213.
& à jure *naturali* diſtinguitur. *ibidem.*
differt etiam a jure gentium. 214.
*Juſtitiæ* conſcientia in bellis multum poteſt. 215.
*Jus gentium* mutatur. 225
- - non vero ab una gente diſſentiente. *ibid.*

L.

*Lex* divina præſtat humanæ. 210.
- - Lex de interficiendo invaſore quomodo intelligenda? 235.

Le-

Legibus quandoque regum *poteſtas* reſtringitur. 228.
Lex *Evangelica* non datur. 239. 283.
- - *Hebræa* ſuas habet exceptiones. 281.
*Legationum* jus ex jure potius gentium, quàm naturæ venit. 279.
Earum *jura*. 102-104
*Liberi* quomodo ſint partes viſcerum maternorum? 298.
*Liberorum* ſucceſſio quæ dicatur *repræſentatio*? 263.
*Locatio* quænam æquitati naturali congrua? 271.
*Locus* deſertus quando cedat occupanti? 245.
*Lucrum* ceſſans pro damno quomodo non habeatur? 245.

M.

*Maccabæi* cur jure reſtiterint Antiocho? 233.
*Magiſtratus* inferior ſine ſuperioris mandato *offenſivum* bellum gerere non debet. 226.
at *defenſivum* gerere poteſt. *ibidem.*
Magiſtratus inferior quod gerit bellum, eſt *minus ſolenne. ibid.*
Ex facto magiſtratus regulariter ſumma poteſtas non obligatur. *ibid.*
*Majeſtas* num ſit temporaria? 229.
- - non læditur, concedens minores functiones. 262.
*Mare* non eſt liberum, ſed clauſum. 242.
qui Autores de utroque ſcripſerint argumento? *ibid.*
- - quotupliciter ſumatur? 248.
*Matres* an jus habeant in liberos? 255.
*Matrimonia* quando non deneganda? 246.
*Mendaciorum* diviſio. 138-144.
*Mentiri* & *mendacium dicere* quomodo differant? 296.
*Metus* offenſionis plerumque vanus. 237.
*Monarchomachi* à Grotio ſolidè ſunt refutati. 230.
- - qui illi ſint? 232.
- - à quibus impugnati? *ibid.*
*Monopolia* quando conceſſa? 247.
*Moraliſtæ* perverſi rectè notantur à Paſcali. 218.
*Mutilatio* membri quandoque comparatur cum vita. 238.

N.

*Naturæ prima* congruum dant argumentum bellandi. 223.

Navium

*Navium* cur ſingularis ratio poſtliminii? 300.
*Naufragio* amiſſa quando recipiantur? 235.
*Naufragorum* bona reſtituenda imperat Rhodia lex. 262.
Neceſſitas ſumma non dat jus auferendi. 243.
- - quomodo tamen à furti crimine abſolvat? *ibid.*
*Noſtrum* quotuplex ſit? 241.
*Novum Teſtamentum* nova non eſt lex. 217.
In hoc Chriſtus patet. 223.

O.

*Obligatio* quotupliciter ex dominio oriatur? 66-68.
*Octavii* & Bruti bellum non eſt ſolenne, ſed *civile.* 227.
*Oculorum* notatio quando ad poſſeſſionem ſufficiat? 266.
*Oppignoratio* liberorum quando parentibus conceſſa? 256.

P.

*Parentum* jus in liberos unde? 255.
an eorum conſenſus in matrimoniis liberorum neceſſarius? 257.
*Parentes* liberis alimenta debent ex obligatione naturali. 263.
*Parlamentum* modo Regum eſt conſilium tantum, modo majus jus in Regum habet actus. 228.
*Partus* quando ſequatur ventrem? 259.
*Paulus* politicam Chriſtianorum ubi tractet? 224.
*Piſces* qui dicantur à nobis occupati? 265.
*Pœna* ſunt juris naturalis præceptivi. 282.
- - jus puniendi quotuplex? *ibid.*
Pœnas impius etiam judex exigere poteſt. *ibid.*
Pœnæ propter inſignia merita vel mitiganda vel condonanda. *ibid.*
*Poſſeſſio* valde favorabilis. 303.
*Polygamia* non eſt contra jus naturæ. 257.
*Poſtliminii* jura varia. 160-168.
*Præſcriptionis* jus adimit contractus cum poſſidente. 252.
- - quomodo interrumpatur? 253.
- - quæ res per eam non amittuntur? 254.
*Principum* commendationes inſtar mandatorum ſunt. 230.
Principes *promittunt* vel generaliter vel ſpecialiter. 230.
*Principes* non facile *injuſtitia* accuſantur. 237.
Princeps *occidendus* nunquam, licet ſecus ſtatuat Vaſquius. 239.

Digitized by Google

*Princeps* cum privato contrahens, legibus civilibus ſe ſubmittit. 274.
- - non tamen ſupereminens dominium eo ipſo amittit. *ibid.*
*Promiſſa* quotuplicia. 68-73.
*Promiſſio* imperfecta non dat jus exigendi. 269.
Promiſſa, *metu* extorta injuſto, ſervanda. 270.
Promiſſionis *ſubjectum, finis & inſtrumentum*, quæ ſint? *ibid.*
*Pudicitia* non conſiſtit in corpore, ſed animo. 238.
- - propter hanc læſam nemo occidendus. *ibid.*

R.

*Rabbinos* minus cautè ſequitur Grotius. 217.
*Rabbinizantem* Grotium ſcribere expediret. *ibid.*
*Rationis dictatum* quid ſit? 221.
*Ratio recta* non eſt definitum juris naturalis. *ibid.*
*Regni* electivi, ſive ſucceſſivi jus unde? 230.
Regno ſe *abdicans*, non retinet ſummam poteſtatem. 234.
Rex electitius quando pro hoſte habendus? *ibid.*
In Rege *hoſtilis* animus non facile colligendus. *ibid.*
Regna in patrimonio non ſunt propriè. 263.
*Regum* jus ex voluntate populi menſuram habet. 227.
- - eorum poteſtas ſumma quandoque temperatur, 228.
*Rex* cautè ſubditos regat & juſtè. 293.
*Reges* quomodo comparentur cum tutoribus? 304.
*Regi* ultimo quis ſanguine dicatur *proximior*. 264.
De Regni *ſucceſſione* quis ferat judicium? *ibid.*
*Regalia* quomodo cum ſubditis communicentur? 254.
*Religio* armis non eſt propaganda. 284.
*Reſidentes* & admittendi & tolerandi. 280.
*Reſpublicas* mixtas qui negent? 231.

S.

*Sacerdotes* defendere quoque armis in ſumma neceſſitate Rempublicam poſſunt. 236.
*Scholaſticorum* ſcripta non commodè appellantur fœtus tenebrarum. 217.
*Sepultura* jus non ad humanitatis, ſed gentium jus referendum. 280.
*Sepultura jura*. 105. 106.



Digitized by Google

*Servus* quando propter fugam puniendus? 260.
*Servitus* an detur integrorum populorum? *ibid.*
*Societas* non eſt jurisprudentiæ naturalis principium adæquatum. 210.
Societatis *vincula* quot? 235.
*Spartani* Reges poterant puniri. 233.
*Specificatione* nullius jus mutatur naturaliter. 247.
Specificans vel *ſciens* vel *ignorans* ſpeciem producit. 266.
*Sponſionibus* quando ſummi imperantes obligentur? 277.
*Stipendium* exterorum vinculum eſt adſcititium. 294.
*Subditus* non eſt ſervo ſimilis in omni. 235.
*Succeſſio ab inteſtato* quo ordine naturali obtineat? 51-58.
*Synodorum canones* quomodo obligant? 217.

T.

*Tempus* quodnam ſit immemoriale? 259.
... quomodo jus det? *ibid.*
*Teſtamentum* an valeat duobus tantum munitum teſtibus? 299
*Teſtimoniis* indiſcretè non credendum. 216.
*Theſaurus* quando habeatur pro derelicto? 266.
*Traditio* an ſit modus juris naturalis? 260.
Ante illam nemo ſit *poſſeſſor*, licet *Dominus*. 271.
*Tranſitum* innoxium ſumma æquitas imperat. 244.
*Tutores* regii non imperant ex perſona propria. 229.
*Tyrannus* contra moralia principia imperium gerit. 227.

U.

*Univerſitas* quando punienda integra? 287. 288.
*Uſucapio* quando locum non habeat? 38. 251.
- - quænam voluntatis libertas in ea requiratur? 252.
*Uſura* quænam naturali jure illicita? 272.
*Utilitas* innoxia quomodo det jus? 244.
*Uxor* ex pœna ſubdita eſt marito. 296.
Ejus & mariti fides ſit reciproca. *ibid.*

V.

*Vaſallagium* obligationem continet realem & perſonalem. 231
*Vaticinia* ad multa vanè trahuntur. 290.
*Vectigalia* quam porportionem habere debeant? 245.
*Venationes* juris ſunt naturalis permiſſivi. 242.

*Vendere*

Digitized by Google

*Vendere* nemo tenetur, niſi ex neceſſitate publica. 246.
*Venetorum* Dux an poſſit à munere dimoveri? 234.
*Verba* intelligenda in favorem audientis. 278.
*Vindicta privata* non eſt conceſſa. 235.
*Vita* Deo magis quàm morte ſervire poſſumus. 293.
*Vita* humana, tàm privata, quàm publica diſtinguitur in bellum & pacem. 219.
*Vitæ* res, etiam pretioſiſſimæ, non comparantur. 239.
*Vitæ* ſubſidia non facile deneganda. 246.
*Vitæ* Dominus nullus eſt homo. 278.

## Errores Typographici in *prolegomenis.*

Quos pro *quas* —— —— §. 44. *linea* ſexta
Deſilire pro *deſilire.* —— —— ſeptima

| In *textu Schefferiano* & *Notis.* | Pagina | Linea |
|---|---|---|
| Flumiue pro *flumine*, | 37 | 1 |
| Longævias pro *longævas.* | 38 | 19 |
| Alterum pro *alteram.* | 69 | 19 |
| Opera pro *onera..* | 88 | 16 |
| Inimicos pro *inimicis.* | ibidem | 29 |
| Pubiiam pro *publicam.* | 91 | 3 |
| Vindictionem pro *indictionem.* | 148 | 6 |
| Delinqnete pro *delinquente.* | ibid. | 12 |
| Tam pro *tamen.* | 218 | 6 |
| Miltonius pro *Miltonus.* | 233 | 13 |
| Exemplà pro *exemplum.* | ibid. | 22 |
| Evangelicum pro *Evangelicam.* | 237 | 23 |
| Furti pio *furtis.* | 240 | 9 |
| Qualitatem pro *qualitate.* | ibid. | 22 |
| Captum pro *capturam.* | 249 | 6 |
| Succederet pro *ſuccedere.* | 253 | 5 |
| Amituntur pro *amittuntur*, | 254 | 24 |
| Exiſtit pro *exſtitit.* | 256 | 31 |
| Partem pro *partum.* | 259 | 26 |

Reli-

| | Pagina | Linea |
|---|---|---|
| Religioſis pro *religioſit.* | 281 | 5 |
| Crudele pro *crudeles.* | 285 | 20 |
| Qui pro *qua.* | 291 | 18 |
| Perdiccæ pro *Parmenionis.* | 292 | 6 & 7 |
| Grbt. pro *Gerb.* | 295 | 6 |
| Primuus pro *primum.* | ibid. | 21 |
| E pro *ſe.* | 306 | 18 |
| Covarruvius pro *Covarruvias.* | 312 | 14 |

*Notes* (1) verbum *refertur* p. 247. §. 13. eſſe *omiſſum.* Sic enim legendum. *Prima ad acquiſitionem refertur originariam.*

(2) Verbum *reliquin* eadem pagina, linea ſubſequenti 16., eſſe *ſuperfluum.*

(3) *Omiſſum* eſſe integrum § 24. pag. 46. qui tamen in notis p. 277. cap. 16. repoſitus.

(4) Verba *poſſe addiſcere, cum* poſita eſſe pro verbis *tractandum mandaſſe, ut* pag. 306. linea 25.

*Reliquos* typographi errores lector notabit accuratus.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google